

Dublin 3259/69 ET 2162744
TOWARZYSTWO PRZYJACIÓŁ NAUK NA ŚLĄSKU

FONTES I

HISTORIA RESIDENTIAE ET TEMPLI SOCIETATIS JESU PIEKARII

KATOWICE

1 9 3 2

FONTES
I

KATOWICE

1 9 3 2

HISTORIA
RESIDENTIAE ET TEMPLI
SOCIETATIS JESU
PIEKARII
(1678 — 1716)

KATOWICE 1932

NAKŁADEM TOWARZYSTWA PRZYJACIÓŁ NAUK NA ŚLĄSKU

SL 13 h

K-69/3259

27.3.69 r. -

216274

II



PRZEDMOWA

Dalco i szeroko znane są Piekary, największe miejsce pątnicze na Śląsku, gdzie uroczystej koronacji łaskami oddawna słynącego obrazu Matki Boskiej, dnia 15 sierpnia 1925 r. dokonał drugi w Polsce odrodzonej nuncjusz papieski ks. arcybiskup Lorenzo Lauri. *)

Kult obrazu już w 17 wieku był wielki. To też pobożny król Jan III Sobieski w drodze pod Wiedeń, dowiedziawszy się o nadzwyczajnych łaskach Bożych, jakie spływały na modlących się w Piekarach, namyślnie o tę wioskę zawadził i dnia 20 sierpnia 1683 r. w towarzystwie królowej „Marysieńki“, trzech królewiczów, różnych magnatów i dworu uczcił osobiście tamtejszy kościółek drewniany **), aczkolwiek właśnie wtedy nie było oryginalnego obrazu na miejscu, lecz tylko kopja.

Po śmierci Sobieskiego klęczał dnia 27 lipca 1697 r. przed ołtarzem piekarskim po raz drugi król polski, mianowicie elektor saski Fryderyk August, do niedawna protestant a teraz konwertyta, pierwszy Sas na polskim tronie. W Piekarach zaprzysiągł pacta conventa, złożyłwszy na ręce biskupa żmudzkiego Krzyszpina jeszcze raz publicznie wyznanie wiary katolickiej. Tu też wypowiedział się i przyjął komunię św. Stąd spieszył do Krakowa na koronację.

Rozstawienie swoje zatodzieczają Piekary w walnej mierze Jeżuitom, którzy od roku 1677 aż do kasaty zakonu w roku 1776 mieli tam swoją rezydencję. Zapiski Jeżuitów stanowią też główne źródło do ówczesnej historii Piekar.

*) Cfr. Piekary, Pamiątka Koronacji Cudownego Obrazu Matki Boskiej Piekarskiej, która się odbyła dnia 15-go sierpnia 1925 roku, Piekary 1926, str. 113 — 135.

**) Cfr. Przegląd Powszechny 1886, zeszyt 9.

W archiwum parafjalnem w Piekarach znajdują się dwa grube tomy, oznaczone jako *DIARIUM*, a obejmujące lata 1697 — 1706 i lata 1732 — 1750. Ostatni numerowany jest czwórka, z czego wynika, że dwa albo nawet trzy tomy są tymczasem zaprzepaszczone, mianowicie tom pierwszy, obejmujący czas od 1677 — 1697, tom trzeci, zapisany w latach 1707 — 1731, a ewentualnie jeszcze tom piąty i ostatni z lat 1751 — 1776. Ponieważ pomiędzy dziełami pierwszego superjora rezydencji piekarskiej O. W. Wacława Schwerta († 1680), który wystawił też piękną figurę św. Ignacego (*obeliscus S. Ignatio erectus*), wymieniony jest także Diarjusz (*Diarium vitae* *), przypuszczać należy, iż to właśnie jest początek pierwszego, zaginionego teraz, tomu tych zapisek piekarskich.

Pozostałe w Piekarach dwa tomy bardzo obszernie opisują życie klasztorne i gospodarstwo zakonne, czasem nawet zbyt drobniawo referują o zajęciu służby i bydła w poszczególne dni. Aczkolwiek Diarjusze takie dla historii lokalnej są nader ważne, nie nadają się tymczasem do publikacji, jako że są za obszerne, dla ogółu mniej ciekawe a ku temu jeszcze niekompletne.

Zgola inaczej rzecz się ma z 56-stronnym foljantem, zatytułowanym *HISTORIA RESIDENTIAE ET TEMPLI SOCIETATIS IESU PIEKARII*, który się znajduje w pojezuickim gimnazjum państwowem w Opolu i zawiera dzieje rezydencji piekarskiej od początku aż do roku 1716. W Opolu było bowiem aż do kasaty zakonu kolegium jezuickie, do którego w czasach niebezpiecznych chowano rzeczy cenniejsze z Piekar, pomiędzy innemi w roku 1702 po raz drugi także sam obraz cudowny, którego oryginał wskutek tego do dzisiejszego dnia znajduje się w Opolu (obecnie w parafjalnym kościele św. Krzyża).

Wartość historyczna rękopisu opolskiego jest bardzo wielka. Jako pierwszy, lecz mocno tendencyjnie, korzystał z niego w czasie walki kulturalnej dr. Ernest Wahner, profesor gimnazjalny w Opolu,

*) cfr. Henellius i Fibiger „*Silesiographia Renovata*“, Wrocław i Lipsk 1704, tom I dział VII, str. 444 i 445.

który w dodatku do sprawozdań gimnazjum opolskiego za lata 1874 i 1877 ogłosił dwie rozprawy pod tytułem: *Versuch einer Geschichte des Jesuiten-Kollegiums bezw. Gymnasiums zu Oppeln (1668—1772)* — i: *Wie die Oppelner Jesuiten in den Besitz der Parochie Deutsch-Piekar mit dem sogenannten Gnadenbilde gelangt sind (1675—1678)*.

Do gruntownej odprawy Wahnera zabierał się po kilku dziesięciu latach dr. iur. Hans Schindler, naczelnik gminy Piekary, który w roku 1912 w *Mitteilungen des Beuthener Geschichts- u. Museumsvereins* zapoczątkował „*Kritische Studien und Quellen zur Geschichte von Deutsch-Piekar*“. W rozszerzonej odbitce tytuł brzmi: *Quellen und Forschungen zur Geschichte von Deutsch-Piekar, Teil I, Die kirchliche Rechtsentwicklung, Heft 1*. Na treść składają się sprawozdania wizytacyjne z lat 1784 i 1791 i księga fundacyjna, założona w roku 1843. — Szczegółowo zapowiedziane były już dwa dalsze zeszyty. Zeszyt drugi miał przedstawić: *Die kirchlichen Zustände und sonstigen Überlieferungen von Deutsch-Piekar in den Jahren 1678 — 1716, nach der aufgefundenen Handschrift der Historia Residentiae et Templi Societatis Jesu Piekarii* — zaś dla trzeciego zeszytu przewidziany był tytuł: *Die Übernahme der Pfarrei Deutsch-Piekar durch die Oppelner Jesuiten in den Jahren 1675 — 1679, eine Kontroversschrift auf Dr. Wahners Programmarbeiten*.

Wskutek wybuchu wojny wydawnictwo niestety utknęło zupełnie. Schindler zdołał wprowadzić jeszcze wydrukować *Historia Residentiae et Templi Societatis Jesu Piekarii*, lecz już nie zdążył pracy wydać. Gdy w roku 1918 musiał Piekary opuścić, złożył stos luźnych arkuszy na probostwie, bez wszelkich wskazówek piśmiennych o ich pochodzeniu lub przeznaczeniu.

Powoli byłyby zniszczały doszczętnie, gdyby się nie udało odnaleźć oryginału w Opolu i porównać z drukowanymi arkuszami piekarskimi. Dokonał tego 1931 r. nasz korespondent ks. profesor Hermann Hoffman z Wrocławia, zajmujący się oddawna historją Jezuitów na Śląsku i przygotowujący obecnie historję kolegium opolskiego i zależnych od niego rezydencyj w Tarnowskich Górach i Piekarach. Doniesieniem o odkryciu swoim do zarządu Towarzystwa

VIII

Przyjaciół Nauk na Śląsku umożliwił niniejsze wydanie znalezionych w Piekarach arkuszy w formie naukowo użytecznej jako pierwszy tomik źródeł do historii Śląska.

Z tej okazji należy się wdzięczność publiczna najprzód p. drowi Schindlerowi, obecnie naczelnikowi gminy Kudowa-Zdrój w hrabstwie kładzkim na Śląsku niemieckim, za sumienny odpis manuskryptu opolskiego, za druk i korektę, następnie ks. prałatowi Pucherowi, proboszczowi Piekar, za łaskawe przekazanie nam całego zapasu luźnych arkuszy (250 egzemplarzy) do dyspozycji, a w końcu ks. profesorowi Hoffmanowi w Wrocławiu za uprzejme komunikowanie się z nami w sprawie niniejszej publikacji.

Tomik drugi wydawnictwa naszego FONTES przyniesie krakowskie sprawozdania pierwszych wizytacyj kościelnych, jakie na podstawie dekretów soboru trydenckiego odbyły się w dekanatach bytomskim i pszczyńskim.

Katowice, w dzień św. Józefa 1932 r.

*Ks. dr. EMIL SZRAMEK,
prezes Tow. Przyjaciół Nauk.*

HISTORIA

RESIDENTIAE, ET TEMPLI SOCIETATIS JESU PIEKARII.

Piekarium Germanicum ad distinctionem alterius Polonici, pagus est Silesiae, in dioecesi Cracoviensi, in decanatu et dynastia Bythomiensi situs, terminis ipsis Poloniae minoris contiguus. Olim marchiones Brandenburgos dominos, nunc fideicommissi possessorem illustrissimum comitem Leonem Ferdinandum ab Henckel veneratur.

Nomen ab occasione Germanorum pistorum, qui argentearum cryptarum fossoribus panem olim suppeditabant, traxit.

Hicce loci, anno 1303, aedificata est ecclesiola pinea, sub patrocinio S. Bartholomaei apostoli; anno 1318 deinde consecrata.

Narrabant grandaevi ruricolae per traditionem avorum, hanc ecclesiam aedificari caeptam in colle vicino Cerequia dicto, sed translatas iam iactas trabes, angelico ministerio, in medium pagi; et vepreti loco, invisibili manu expurgato, postridie repertas collocatas.

De imagine intilina tabula duas ulnas longa, proportionaliter lata, depicta, hoc solum innotuit, quod honori conceptionis B. MARIAE sinistrum altare penes sacristiam anno 1318 consecratum sit. In quo altari intemerata imago Deiparae, in omnes partes oculos amabiles proiicientis; dextra pomum, quasi Misniacum, ad pectus gerentis; sinistra vero Jesulum, in matrem blande conversum, gestantis, per ipsa adeo dominantis hicce haereseos, sub Lutheranis ministellis tempora, ad modernum usque saeculum, in statione sua permansit, ita amabili vultus venustate, atque supra humanum spirante maiestate, ut hodie pictam diceres.

Afflatum se quidem coelesti quodam odore retulit loci plebanus A. R. D. Jacobus Roczkowski, cum anno 1659 imaginem a parvo altari ex pulverum squalore vindicaret, araeque maiori ad venerationem publicam exponeret: Successerat deinde anno 1664 facta eidem plebano et duobus eius comitibus studiosis philosophis tunc, iam sacerdotibus, duorum luminarium e colle vicino :Cerequia dicto: ecclesiam versus intra pagum sitam integrae horae spatio, nocturno et pluvio Jove, gradientium, et regredientium, seseque ultimo supra templum collocantium, visio: sed nihil de singularitate imaginis in publicum emanavit, nisi ad meram viciniam, quod imago pulchra et amabilis Piekarii haberetur.

Occasionem veram tanto thesauro e tenebris eruendo, fecere nostri patres societatis, Georgius Pospelius et Thomas Witkowitz augustissimi Caesaris Leopoldi I. cum consensu celsissimi episcopi Cracoviensis Andreae Trzebicki, ducis Severiae ad extirpandam haeresim ordinati Tamomontum apostoli: cum enim die praesentationis B. V. anno 1675

Piekarii nomen
et situs.

Anno 1303.
Antiquitas templi,
imaginis et quae circa
illa audierunt olim.

Anno 1659.

Anno 1664.

Anno 1675.

Tarnomontum ingressi labores suos faventibus iuvantibusque superis inchoare decrevissent, Piekarium a pulchra imagine proclamatum, peregrinati sunt, ut ab illa, quae cunctas haereses interimit in universo mundo benedictionem exorarent. Et vero eam nacti sunt, quam annuae missionis illius fuse describunt.

Anno 1676.

Eo ipso anno contagiosa lues Tarnomontum corripuit, multosque depasta est; verum quotquot se aegri suasu praedictorum missionariorum Piekarium devoverunt, mox auxilia et liberationes e faucibus mortis manifestas experti, vota sua sospitatrici Piekariensi B. V. deferre coeperunt.

Hinc suavis B. V. M. odor longius ac latius diffusus, tot deinceps peregrinos traxit Piekarium, ut unus parochus, tot impar exantlandis peregrinorum laboribus patribus missionariis, tanquam sociis, in capturam animarum innuerit. Non minus sedit, quam ferventer provinciam sibi laborum oblatam acceptarunt, tum pro concione diebus festis, ac pro festis dicendo, tum aures suas patientissimas excipiendis piorum advenarum sacris exomologesibus indefesse commodando, praecipue diebus B. V. M. dicatis, quibus duo triave peregrinorum millia ss. eucharistia reficiebantur.

Qualiter ad manus societatis venerit.

Intellecto tanto missionis successu, et nostrorum ad obsequia spiritualia super impensis laboribus; audito tanto populi, etiam nobili, non vano undique concurrentis confluxu; viso coram ineptissimo per saecularem sacerdotem sacram communionem dispensandi modo, inter meros videlicet populi fluctuantis clamores potius quam suspiria; considerata praesertim distributionis eucharisticae forma (nam in vulpino pellicio, sola miserabili de collo pendente stola, partim ad altare magnum partim per coemeterium cursando, a parochis in auxilium adhibitis ss. sacramentum distribuebatur) conspecta admirabili B. V. imagine, plus expectatione sua in imagine latere ratus collegii Oppoliensis S. I. Proto-rector R. D. Wenceslaus Schwertfer, fiduciali ad dei gloriam ausu, augustissimo Caesari Leopoldo profundissime supplicavit, dignaretur S. C. M. clementissime, societati, et nominatim collegio Oppoliensi utpote viciniore eiusdemque idiomatis, collaturam, seu ius patronatus ecclesiae Piekariensis cum omni iure, et eo, quod interest, donare; et ab episcopo Cracoviensi parochiae unionem (quae dioecesi eiusdem subiacet) ob maiorem fructum fidei catholicae, ex occasione populi eo concurrentis per P. P. S. J. colligendum postulare; ita fore propugnaculum spirituale, quo limites absque ullo alias propugnaculo Poloniam inter et Silesiam in catholica fide contra vicinos haereticos stabiliantur, et animi Polonos inter ac Germanos, hac etiam occasione amplius connectantur.

Ao. 1677.
S. C. M. donat ius patronatus.

Petiit, et utrumque, primo quidem sub conditione accomodandi prius parochi; deinde absolute, sine hac conditione, absque omni reservatione, aut restrictione, iure, ut aiunt, pleno plenissimo in perpetuum impetravit.

Collegio Oppoliensi
cum consensu epis-
copi Cracoviensis, qui
instrumentum
unionis expedit.

Expeditum enim est anno 1677 die 11. Septembris a celsissimo episcopo Cracoviensi Andrea Trzebiezki duce Severiae, et ad Caesareas manus ablegatum privatum, nondum tamen officiosum [instrumentum],

quia non citatis partibus, neque quorum intererat, secundum praescriptum iuris vocatis, unionis ecclesiae Piekariensis, [quo] praedicto collegio Oppoliensi S. J. cum omnibus pratis, agris, decimis, censibus, et quibuscumque proventibus ad praedictam ecclesiam, et parochos eius antiquitus incorporabatur, facultasque dabatur religiosi S. J. collegii Oppoliensis in praedicta ecclesia Piekariensi sacramenta administrandi, praedicandi, catechizandi, et alia, quae ad curam animarum spectant, gerendi, atque agendi perpetuis temporibus.

Vix in publicum emanarat, in manibus nimirum societatis Piekariensem divam esse, cum tibi sine mora invidus semper Macrinus adversarios concitat, specie quidem tenus, et aperto Marte in parochum; re ipsa vero, et clam in societatem Jesu, ut omnem eius laborum spem, bonasque intentiones in herba praecidat.

Oppositiones gravissimae sive societati, sive Silesiae invidentium adversariorum.

Alter erat Fr. Pater Constantinus Jarossowski, S. Pauli primi eremitae per Poloniam et Silesiam Provincialis zelotypiae ob vicinam Czeszochoviensem devotionem suspectus; alter notoriae cum parochis discrepantiae, A. R. D. Franciscus Petritius, Siemoniae plebanus, ambo ab illustrissimo episcopo Cracoviensi, ut de statu ecclesiae et parochiae Piekariensis dispicerent, commissarii nominati, qui aliis super beneficiis acceptis, inauditis; aliis audiri, et iuramento beneficia accepta firmare volentibus ex dioecesi Wratislaviensi non admissis; aliis in actu commissionis turpiter repulsis multis; imo ecclesiasticorum nobilium, civitatum et magistratuum Silesiae sigillata jurataque testimonia nihili habentibus, iussu A. R. D. Nicolai Jeziorowski, decani foranei Bythomiensis in libro consignata a parochis seu miracula, seu Mariana beneficia, mera figmenta, cruda mendacia affirmantes, non probantes, loci ordinarium insincere, si non sinistre informarunt, parochum Piekariensem nequam, ex avaritia, turpisque lucris, seu quaestus gratia miraculosam in dicta ecclesia Piekariensi imaginem confinxisse: manifestas imposturas intercessisse; falso asserendo eandem imaginem esse miraculosam, homines seduxisse; suo crimine poenas falsitatis meruisse.

Parochus imposturarum insimulatur.

Citatur proinde parochus R. D. Jacobus Roczkowski peremptorie, uno pro tribus edicto, nullo penitus expectato monitorio, ut coram iudicio post festum Epiphaniae in anno 1678 compareat, ad videndum et audiendum contra se proponi: Quia solo quaestu, et avaritia ductus, ausus est, et praesumpsit imaginem B. V. M. in sua ecclesia parochiali Piekariensi, miraculosam asserere, multosque exinde seducere.

Ad iudicium citatur.

Cui mandato dum reverenter parere cogitat, prius sacram imaginem die 2. Januarii anno 1678, ex summo altari deponit, veluti in securum eam ad sacristiam repositurus, interea conciliandae sibi gratiae causa, eam in Poloniam clandestine avecturus. Iam equi iuncti currui iam imago ex altari, et templo elata. Quo animadverso rusticulae Piekarienses, genere cum parochis expostulant, thesaurum hunc suum esse, quem sanguine tueri velint, neque funibus parsuros, quibus parochum vervecis ad instar, colligare parati sint, nisi templo et altari imaginem reposuerit. Coactus minis reposuit, sed ita per tempus illud periculi pallentem, ut rusticulae telae albae similem notarent. Certe non vane: nam et a nobis ita pallida comperta, quasi farina conspersa manifeste videretur.

Anno 1678. Parochus ablaturus imaginem in Poloniam sistitur

Pallens imago B. V.

Calumnia in soc:
de occupata vi
parochia Piekar:

Cum hic cuniculus de imagine in auras Polonas evolutura non successisset, ob nocturnas, licet hyemali tempore, vigilias rusticorum falcibus ac furcis armatorum, calumniose falsus rumor per Poloniam percrebuit de occupata vi a P. P. societatis, et commissariis Caesareis parochia Piekariensi, qui cum et Leloviae ad aures R. D. parcho, ad iudicium properanti, venisset, praecipitante victus credulitate, Piekarium a 10 milliaribus, ut suae domesticae suppellectili consulat, revertitur datisque Severia ad A. R. D. Stanislaum Sadowski, instigatorem curiae, die 4. Januarii; exculpatoriis, vim attentatam in excusationem suam in termino non comparitionis praetendit. Id ipsum tum a dicto instigatore, tum per aliorum literas episcopo innotuit. Per calumniam praeterea inter alia adiectum est, ad excusandum Piekariensem parochum, totamque culpam in societatem coniiciendam, a quibusdam hominibus societatis quaedam miracula promulgata, conficta; eos ad imposturam iuvisse, imo parochum Piekariensem excitasse. Super quibus turbatus episcopus a 20. milliaribus ociissime cursorem suum ad nos ablegavit, de veritate facti inquisiturum; at nihil aliud, quam confictas adversus P. P. societatis calumnias, et quod mentita est iniquitas sibi, deprehendit. Extant desuper proconsulis et consulum civitatis Tarnomontanae literae, sigillatum innocentiae testimonium.

Calumniae confictae
contra P. P. soc:
ab episcopo
deprehenduntur.

Resumpsit iter ad iudicium parochus, in quo Kielciis 17. Januar anno 1678 non ex probatione comperti quaestus, sed ex praesumptione tantum, ab auditore curiae illustri et A. R. D. Andrea Grabianowsky tanquam lucrilegius impostor, crudorum mendaciorum; miraculorum confictorum de imagine Piekariensi reus et falsarius, ad unius duntaxat mensis, carcerem condemnatus est. Decano vero A. R. D. Nicolao Jeziorkowitz imperatum, ut ex poena, ad conventus Czastochoviensis, unius hebdomadae arestum se conferret.

Parochus ex praesumptione tantum,
non proba, ut lucrilegius impostor ad
carcerem unius
mensis condemnatur
Decanus ad arestum
unius hebdomadae in
Czestoh.: monaster:

In nullo iudicii forma
servatur.

Maiorem poenam innocens dei matris imago jussa dare, ex altari primum maiore degraduata, tum ad perpetuas armarii tenebras extra templum in sacristia, condemnata. In nullo iudicii forma servata; quia patronus a parcho imploratus, criminosis quibusque concedi solitus, denegatus est. Juramento R. D. Roczkowskii, quod nullum miraculum confinxerit, sed quod cultum illum, et nomen miraculosae imaginis cursus populi, quem beneficia ex diversis partibus relata, et iurata promoverunt, excitaverit, fides nulla adhibita. Protestationi contra rotulum transmissum a commissariis de fide suspectis (contra quos nuper in actu inquisitionis, et iam denuo in actuali iudicio excepit parochus, utpote alterum zelotypum, alterum notorium suum hostem, utrumque nolentem iuramenta testium ex Silesia de beneficiis acceptis admittere; iurataque magistratuum civilium, nobilem, et ecclesiasticorum testimonia, cruda mendacia vocantem) non datus locus.

Internae affectiones, puta praesumptio, avaritiae, turpis quaestus, (quae foro praetoris non subiacent, probationemque publicam non attingunt; multo minus iudici, aut decisorio decreto competunt, ne iudicis ineptitudo, aut iudicium eo ipso suspectum, aut certe grandis a iudice error commissus videatur manifeste) in iudicium accepta. Visio illa candelarum anno 1664, a monte supra ecclesiam procedentium,

imaginaria et meteorica vocata. Certe locus petrosus, montosus, minime uliginosus, qualis est Pekarii; tempus insuper pluvium, quale tunc erat, eiusmodi meteora non generat, et quidem una hora constanter durantia. Quod de inaequali numero visarum candelarum a parocho, et ab ipsius parente in probationem meteoricae apparitionis seu instigator, seu auditor allegavit, nihil quoque facit: quia et ex apostolis dixit unus: phantasma est. alius vero: dominus est.

Constat inaequaliter apparitiones pro libitu divino comparere, ut in mille historiis et gratiis refertur, et uni varie, et pluribus varie. Existimat idem Petrus se visum videre, et tamen statim subiungit: nunc scio vere. Videt Elisaeus exercitum angelorum, et in forma militum. puer non videt, donec eidem Elisaeus impetret. Idem est de odore, quem obtusae naris non sentiet; alter emunctae sentiet. Huiusmodi gratiae non omnibus communicantur. Non est igitur, quod citatum falsitatis arguat ex eo, quod circa deportationem imaginis ex parva ad summam aram, parochus solus caelestem odorem ex imagine emanantem anno 1674. perceperit, et minister ecclesiae, itidem praesens, eundem odorem sensu suo non perceperit.

Quod parochus se candelas 5. 6. vel 7, alias indeterminate semel vidisse asserat; parens vero eiusdem de candelis tantum duabus, feriis quartis per tres septimanas a se visis deponat. Demum non ex probatione comperti quaestus, sed ex praesumptione tantum, a iudice lata est sententia, eaque non lecta, sed privatim parocho, ad sua revertenti, intrusa per chartam.

Itur ad executionem decreti die 28. Jan: et innocentissima dei matris imago per destinatum curialem commissarium A. R. D. Franciscum Petritium vino accensum, auxilio duorum Praemonstratensium Bythomiensium, non tam venerabunde quam tumultuose deponitur; altare et parietes omni licet paupere ornamento spoliantur: mappae altaris atramento perfunduntur: portatile, ut vestigia referebant, pedibus conculantur: ex altari omnia diripiuntur; nec baldachino, de quo rogabatur, ut honori ss. sacramenti, quod ibidem erat, consuleretur, parcitur; in terram deiicitur.

Decretum per commissarium executioni tumultuose et irreverente mandatur.

Omnia modo tali patrantur, ut quidam asseruerint, Suecos hostes haud deterius facturos fuisse. Notatum insuper, ita dubio, ac vacillante gressu portatam, imo raptatam ab eo B. V. imaginem, ut nutare ad casum, per quem frangi posset imago, observaretur, de qua irreverantia in ipso actu publice a parocho increpabatur.

Dum haec fieri ruricolae Piekarienses attonite mirantur, — ad animositatem suam revolant, visoque inaudito processu, qui iustum metum de auferenda imagine ingenerare poterat, imo quia imaginem ex templo se ablaturum in Poloniam minatus erat (ut postea 22. iurati testes 25. Jan. anno 1679. ad secundum interrogatorium deposuerunt) commissarium hyberno tempore ad horas plures in templo non tam claudunt, quam sponte cum parocho clausum, et fenestras vexillis obturantem, ne manifesta viderentur opera eius, vinculis et compedibus portam templi

Rustici Piekar: claudunt Commissarium in templo.

obmuniunt, et patrem superiorem Wenceslaum Schwerter, eo tempore Tarnomonti degentem, expedito Tarnomontum cursore Stanislao N. N. tabernatore, de facto commissarii, ac suo edocent. Accurrit hic citatis equis, et tam patribus omnibus, quam duobus senatoriis iuratis in testimonium, vel protestationem, si opus foret secum acceptis, damnat publice rusticos de modo, ac violentia claudendi ecclesiam insueta.

Protestatio advocati
R. P. Schwerter et
petitio credentialium.

Protestatur insuper coram commissario, ante adventum suum e templo iam dimisso, et coram 7. sacerdotibus praesentibus, se nullo modo expostulatorie, sed pure amice accurrisse, ut mederetur praesertim status, et loci ecclesiae iniuriae, per errorem rusticum irrogatae; optare se tamen credentiales commissionis videre, cum titulum et ius societas ad imaginem et templum iam nacta fuisset. Ostensum duntaxat decretum; promissae in tertiam diem, nempe 30. Jan.; adferendae a commissario credentiales, sed nusquam allatae; nec inclusa, sigillataque imago. Sic amice pacatis rusticis, ad vigilandum tamen, ne imago tollatur, animatis, finis tumultibus impositus.

Parochus legitime
designat beneficium
Piekarii.

Visa hac decreti executione fractus tandem fastidio parochus, (praehabita iam ab officio vicarii generalis die 4. Febr. anni lapsi 1677. facultate) beneficium 1. Febr. anni huius, libere, non coacte, sed voluntarie resignavit, praestito coram A. R. D. Nicolao Jeziorokowitz, decano foraneo Bythomiensi, ad hunc actum deputato officiose, commissario, corporali iuramento, quod in huiusmodi resignatione beneficii, et ecclesiae parochialis in Piekary nulla intersit fraus, dolus, simoniaca labes, aut aliqua alia illicita pactio, et corruptela. Post factum iuramentum resignationem praedicti beneficii d. decanus admisit, recepit, beneficium vacare decrevit, in forma iuris factam, sigillo proprio communitam, ad manus reverendissimi domini officialis eo ipso die transmisit. Et sic societas ius ad vacantem (vis episcopalis peractae donationis) parochiae administrationem accepit.

Societas ius ad va-
cantem parochiae
administrationem
accepit.

Rumor de ablata in
Poloniam imagine.

Rumor interim Silesiam, ac vicinas partes pervolavit, imaginem in Poloniam abreptam esse, desperatam proinde Piekarium peregrinationem. Quod ut praeiudicari vehementer et societati et fructui superior missionis advertit, die purificationis B. V. publice facta per sacrum oratorem nostrum de pulpito ecclesiae protestatione, de observanda episcopi voluntate, imaginem esse Piekarii sub clausura episcopali dixit, quam ut omnibus Caesareis partibus constaret non esse ablatam in Poloniam, e carcere nunquam adhuc sigillatam, tanquam simplicem, et non miraculosam imaginem, praesente decano foraneo, eduxit, populoque exposcenti lacrymis ad aram magnam exposuit; ac tandem finita sub vesperum devotione eodem praesente, et collaudante decano foraneo, umbris episcopalibus abdedit, et sigillo societatis obsignavit. Neque unquam per hoc auctoritatem episcopi verbove, signove ullo seu contempsisse, seu convulsisse, quin imo protestatione illa, de observanda episcopi voluntate, expositioneque imaginis, potius honori episcopi consuluisse, dicas, quem rumor tota vagus Silesia, proclamarat, centum milites, ad transportandam Piekario in Poloniam imaginem misisse.

Ad hunc tollendum
exponitur festo puri-
fica: cum protesta-
tione de observantia
episcopi.

Commissarius calum-
niose informat
episcopum contra
societatem.

Quid adversarii? Quid curia episcopalis? seu potius auditor, quem sibi adhuc tertium, praeter episcopum, et vicarium generalem curia

episcopalis vendicat? Commissarius ille, s. imaginis depositor liberalius, ac licentiosius, quam decebat, episcopum per curiam informavit: auctoritatem pastorem episcopi in se commissario a societate contemptam; decretum eius manibus iactitatum; ruricolos Piekarienses ad tumultus, et violentias nupernas a patrum afflatione inflammatos; regimen episcopale in sua dioecesi, ab iisdem P. P. turbulentia sua cerebrosa, et imaginis nuper a se depositae, nova ad idem altare repositione praepeditum.

Omnia a veritate aliena. Quomodo enim incentores, et contemptores commissarii, qui commissionis futurae et actionum in ea, ignari? anne absentes indistans eos egisse Tarnomonto Piekarium dixeris? si calumniari noluisses, fateri debuisses, eos advocatos advenas non ignem conceptum fodicavisse; sed adventu suo reliquias extinxisse.

Nominati mox a curia episcopali novi commissarii, et novi societatis hostes, nempe: Josephus Nicotius, cand. ord. Praemonstratensis, Wratislaviae ad S. Vincentium professus, Bythomii parochus, ibidem ad S. Margaretham praepositus. Joannes Nicotius; Franciscus Piasecki, ille Chruszobrodensis, iste Kozięgłowiensis, plebani, qui a fervore devotendae flammis imaginis commissionem orsi, peremptorie Piekarienses rusticos ad iuramentum edicendae veritatis interpellant. Personaliter comparent citati, sed quia iuxta praxin Silesiae, ad iuramentum se descendere posse, citra domini sui illustrissimi dynastae Bythomiensis, d. comitis Leonis Ferd. ab Henckel, absentis, facultatem negant, ne in aliquo domino suo, et iuri terrestri praeiudicent, alioquin pastoris sui voci obediuntur oves; imo dilationem usque ad reditum domini, protestando, rogant, ideo, nulla habita ratione protestationis, ab imbuto felle commissario, quasi legitime citati, integra die expectati, non comparuissent, pro contumacibus definiuntur innocenter, et sacro loco, si non iniuriose, certe praeiudiciose, excommunicationis anathemate, pro ambonis omnium sedis Bythomiensis ecclesiarum, singulis dominicis et festis diebus, ad scandalosum risum haereticorum diffamandi, ultra potestatem, feriuntur; delegata enim illis tantum potestas fuit, ut inquisitionem super tumultu Piekarii excitato instituerent, et de scandalosa vita, deque conductamine ad praedictum tumultum delati A. R. domini Roczkowsky parochi Piekariensis, inquisitione facta, rotulum conficerent, eumque ad officium transmitterent, et nihil amplius. Imo et contra statutum ipsius moderni episcopi: occasione enim excommunicationis perill: domini Meisinger sancitum erat (instante pro hoc S. C. M., consentiente illustrissimo et reverendissimo episcopo Cracoviensi Andrea Trzebicki) ut nemo deinceps subditorum Silesiae adigatur excommunicatione ad praestandam obedientiam potestati ecclesiasticae, sed ut haec obedientia urgeatur via communi iuris, et per debitas instantias.

Quid porro in actu commissionis istius acciderit, datis ad Patrem Georgium Pospelium S. J. retulit D. Georgius Franciscus Kusnitijs Bythomiensis vir consularis: nostri concives, ait, ex senatu duo; ex scabinatu duo, notarius et ille pistor apud quem R. D. Petrici in hospitio sistit, retulerunt mihi, recte, dum ponunt digitos ad crucifixum, iuraturi, crucifixum de mensa lapsum, et confractum esse.

Episcopus alios nominat commissarios super tumultu nupero Piekarii.

commissarii excommunicant rusticos Piekari: ultra potestatem.

quae sub commissione acciderint.

De iunioribus interrogati, cuius instantia armati tota die congregati fuere? omnes unanimiter respondebant sigillatim: propter aedificatam pontem, sed non contra R. D. Petricium. Soror R. D. Roczkowsky sub interminatione excommunicationis a parcho Cochloviensi, non praevalente exceptione parvuli infantis, undecim hebdomadarum, pluvia frigida tempestate iter ad commissionem aggredi coacta est, in via mortuus infans.

adversarii arcent per
vias peregrinos.

Subordinati subinde adversariorum satellites ecclesiastici atque religiosi, per vias, pagos et oppida militant; vias Piekarienses intercipiunt; redditum suadent, imaginem clausam esse: miracula nulla; omnia sub excommunicatione Piekarii, omnia nihil, praeter imposturas, esse vociferantur, reponentibus ad haec peregrinis, aliis: se dei matrem non videre, et coelo clausam per fidem venerari, cur idem Piekarii non liceat? aliis: Si clausa est imago, opus misericordiae faciemus, si incarcerationam visiterimus. Quantoque amplius tunc temporis devotus populus a cultu sacrae imaginis arcebat, tanto amplius ea ipsa flagrantis tumultus tempestate accurebat, ut tria millia communicantium die festo angelicae annunciationis censa sint, et cum non liceret ad s. imaginem accedere, ipsos parietes osculis, et lacrymis ad indignationem adversariorum venerabatur.

responsa gratiosa
peregrinorum.

Auditor epis: curiae
miris modis agit ut
societatem excutiat
Piekario.

sub poena excom.
tubet resumere iura
parochiae Roczkows-
kium, quibus legi-
time resignarat.

Suam quoque personam auditor curiae, vel potius iuratus cum Petritio contra societatem actor, ut eam iure acquisito excuteret Piekario miris modis egit, quando episcopi nomine per decretum in palatio Kielcensi 28. Febr. 1678. emanatum, R. D. Jacobo Roczkowski, qui iam vicarii titulo pro societate utebatur, in mandatis dedit (de quo mandato posterius ex ore ipsius episcopi deprehensum est, episcopum minime conscium fuisse) ut post expletam sessionem carceris, in curia Severiensi, sub poena excommunicationis ecclesiae Piekariensis iura personaliter parochus resumeret, ad quam canonice institutus, non habens aliud beneficium, invalide resignavit, proinde, inquit, eadem resignatio per decretum iudicii nostri nulla, et invalida est declarata. Quasi vero de essentia resignationis foret aliud beneficium habere. Nec hanc conditionem episcopus in secunda unione ecclesiae Piekar: ad collegium Oppol: S. J. Bodzanovicio expedita, requisivit. Cur ergo iura, officiose resignata, ab officio admissa; vacantia promulgata; per nuperam donationem episcopi, in societatem recidentia, et acceptata, resumeret? quo iure? an quia spoliato beneficium debet restitui, non in alium conferri? ecce novam societati impactam rapinae calumniam! an quia parochus? quando autem a Collegio Oppol: S. J., iura patronatus tenente, denuo praesentatus? quando post resignationem legitimam, et dimissoriales quocunque a vicario generali manu missus, rursus investitus? an quia societati resignavit? hic est nucleus, qui ne obveniret societati, R. D. Petritius R^o D^o Roczkowski, (uti ipse ingenue fassus est) vehementer obtestatus est, resignaret cuicunque alii tantum non Jesuitis. Et rursus idem in ultimo commissionis actu ad rusticos Piekarienses: Videtis in quas nos lites et rixas Jesuitae inducunt? nihil aliud nobis in votis est, quam ne Piekarii in vestrum damnum monasterium habeatis. Forte timebat hic, et alter academicus Cracoviensis, ne in pago (risum

teneatis amici!!) excitaremus academiam. Ita m. 2. Januar, in festo ss. Fabiani et Sebastiani, magnificus dominus Joannes Mirossowski, capitaneus et iudex ducatus Severiensis, super mensa palam edixit academicos Cracovienses instare, ut Piekario excutiamur, ne illorum privilegiis praeiudicemus, extruenda olim in pago Piekariensi [scilicet] academia.

Sed nec obstaculis parcat camera Silesiae, ne Piekarium societati cedat, collaturam accipit in colaturam, nullatenus expedire scribit augustissimo Caesari, requirenti parere suum, ut collaturarum donationi porta reseretur; una impetrata, plures prensari posse, et quae non? Sic ex omni parte acervabantur difficultates. Quae ut faciliore via acciderentur, ex mandato provinciae nostrae moderatoris R. P. Matthiae Tanner, decurrit missionis superior R. P. Wenceslaus Schwertfer ad augustissimum Caesarem Viennam, qui liberalissima clementia instrumentum collaturae lapsa aestate privatim tantum donatae, cum insertione unionis episcopalis erexit; imaginem sacram et residentiam S. J. Piekar: in protectionem suam ac haeredum accepit; hocque ipsum camerae Silesiticae, ut ad notam acciperet denunciari mandavit; commissarios pro introducenda Piekarium societate, perill: D. Tobiam Josephum ab Eidtner, S. R. J. equitem et gen. D. Maximilianum Vogel, officii salis Tarnomonti, Vieliczae et Bochnae praefectos, nominavit; R. D. Roczkowski viaticum 100. imperialium donavit et alios annuatim centum, quam diu apertura beneficii (quae brevi secuta est) pateret, in sustentationem ordinavit; camerae vero Silesiticae, ut R. D. Roczkowski proxime vacaturam parochiam, aut etiam archipresbyteratum, praesentent, demandavit. [Quod etiam factum, promotum eodem ad pingue beneficium ecclesiae Miechnicensis, ubi ille usque ad annum 1704 quiete vixit.]

Complanatis ita intra provinciam omnibus, nova rursus Polonia minari tonitrua, coruscare contra societatem et praecipue contra infracti et impavidi cordis superiorem missionis; quae ut retunderet, episcopo se stitit. Increpitis gravissime ab episcopo perverse informato, dimidia facile hora, ea fortitudine deinde pro innocentia perorando praesente summo adversario Rdiss: D. Grabianowski curiae auditore pudenti, calumniis insusurratis et falsitatibus dilutis omnibus, ita flexit principem, ut negotium unionis ecclesiae Piekariensis ad collegium Oppol: iuxta formam iuris faciendae et decretaliter proferendae, atque executioni dandae Rdiss: et Illmo Nicolao Oborski, dei et sedis apostolicae gratia episcopo Laodicensi, suffraganeo, vicario in spiritualibus et officiali generali Cracoviensi cum plenitudine potestatis per literas demandavit.

Addiderunt impetum S. C. M. ad episcopum a patre superiore praesentatae, s. imaginis expositionem, societatis introductionem et quietam possessionem petitoriae.

Sine mora optimus societatis amicus, iuxta praxin et formam iuris in talibus observari solitam, cridae literas in vim edicti publici, contra omnes et singulos ex adverso ius, et interesse ad unionem ecclesiae Piekar: ipsamque ecclesiam coniunctum vel divisim se habere praetendentes die 4. Maii, fideliter executus est et extradidit mandataque R. P. Joannes Kral parochus Reptensis, die 8. Maii eadem fidelitate executus, affixa ad valvas ecclesiae Piekariensis cridae copia. Praeterea resignare

Camera Silesiae
obstat, ne Piek:
collaturam soc: acci-
piat.

S. C. M. Instrum.
collaturae cum in-
sertione unionis
episcopalis erigit.

sacr. imaginem et
residentiam S. J.
Piekar: in suam et
suorum haeredum
protectionem sus-
cipit.

commissarios pro
introducenda soc:
assignat.

R. P. Schwertfer di-
luit omnes conflictas
episcopo falsitates.

negotium unionis
iuxta formam iuris
faciendae committi-
tur suffraganeo
Cracov.

literae cridae expe-
diuntur.

iubetur parochus
secundo resignare.

secundo beneficium (quod iam 1. Febr.: resignaverat primo) R. D. Jacobum Roczkowski in manus A. R. D. decani Bythomiensis, per decretum iussit.

societas iubetur
supplere vices pa-
rochi in omnibus.

Quae ea celeritate industriaque, sedulitate R. P. Wenceslai Schwertfer nulla habita ratione pestis gliscentis, ter Cracoviam intra fatales illos 12 dies excurrentis et redeuntis, peracta sunt omnia, ut nullus adversariorum comparuerit, et post factam 1. die Junii in manibus praedicti A. R. D. decani, deputati commissarii acceptatamque R. D. Roczkowski resignationem, procurare interim animarum salutem (donec decretum unionis accederet) et supplere vices parochi in omnibus, iuxta mentem Rdis: vicarii generalis, societas ipsis festis Pentecostalibus inceperit.

calumniæ falsae
contra P. P. socie-
tatis.

Ubi haec ab adversariis postmodum comperta, novas rursus calumnias adinvenerunt et Rdis: D. Grabianowski, non utriusque auri curiae auditor episcopo iniuriose retulit, die nempe 3. Maii, festo inventionis sanctae crucis, P. Georgium Pospelium et speciatim P. Thomam Witkowitz (qui illo ipso die cum P. superiore redux Kelciis ab episcopo, Cracoviae fuerat; nisi forte miraculo aliquo deus illum ad honorandam suam virginem matrem in imagine Piekariensi, duobus in locis, Cracoviae et Piekarii constituere voluisset:) contra mentem decreti de falsis miraculis ab eodem illustrissimo lati, ausus prohibitos attentasse: utpote ipsam imaginem, per idem decretum ad sequestrum sacrarii mandatam, et in armariolo ex vi eiusdem decreti inclusam, aperuisse, adornasse, eandem cereis et lampade ardenti, ibidem in sacrario illuminasse, et per talia media, ad publicum cultum provocantia, populum allexisse; eoque Christi fideles ex publicationibus praecedentibus miraculorum falsorum concitados, et hucusque numerose concurrentes, ad idem sacrarium successive, et per partes admisisse, et ad maiorem populi de miraculositate, antea divulgata, credulitatem, litanias in personis suis clara voce, in praesentia populi, recitasse et sic auctoritatem, decreta, et regimen illi et rdis: loci ordinarii cordi habuisse. Imaginem novam a nobis expictam, arae maiori expositam esse; fontem novum a nobis erutum, et miracula ad eum puteum facta divulgata. Quibus acceptis episcopus, consilio malarum informationum a Rdis. D. Grabianowski relatarum publicam illam unionis celebritatem denuo suspendi fecit et licet omnia falsa esse superior noster denuo demonstravit; super qua falsitate extat etiam publicum iuratorum 22. personarum instrumentum, ingeneratae tamen denuo morae a publica illa unionis solennitate, donec aiunt, pestis Cracoviae remittat. Sed amplius insurgunt adversarii, et pro victoria contra societatem caput in lulum ponunt. Capitalis noster hostis D. Grabianowski eo usque efferbuit, ut licet, sciverit parochum nuper Piekariensem duabus hebdomadis diuturniore carcere, quam decretum tulerat, correctum, ex Cracoviensi dioecesi in Wratislaviensem plene discessisse non absque reportato ab episcopali officio inculpatae suae vitae, imo apostolicae testimonio, quippe qui haeretica labe infectos multos parochianos, doctrina et bono exemplo ab erroribus ad fidem orthodoxum traduxit omnes, decretum nihilominus illud (de quo supra) clam episcopo typis excusum, per totius vastae dioeceseos templa, etiam ad valvas Cathe-

episcopus suspendit
unionem.

auditor curiae decre-
tum clam episcopo
typis excusum valvis
ecclesiarum affigi per
dioe cesiem curat.

dralis Cracoviensis affigi et publicari curavit: et ut per decanatum Bythomiensem et Plesnensem idem faceret Petritio mandavit. Mandata lubenter executus Petritius novas cursorias, nomine curiae episcopalis (6. Julii) sparsit, quibus per dictos decanatus ab omnibus parochis, singulis dominicis ac festis diebus detonaretur, devotionem Piekariensem meras imposturas esse; convulsionem iurisdictionis ordinariae; divinae maiestatis honori per damnatos et illicitos ausus illudi: Christi fideles decipi: sacros canones contemni: censuras despici: haereticos scandalizari (qui tamen ex hoc vel maxime scandalizabantur, quod imago dei matris a cultu per ecclesiasticos Polonos prohiberetur) et illegitimam illicitamque religionum P. P. societatis Jesu collegii Oppol: (quibus iam bis officiose resignarat R. D. Roczowski; benedictionem sub finem Maii impertiverat episcopus; et a resignatione secundo acceptata 1. Junii, plenissimam potestatem vicarius generalis dederat, salutem animarum procurandi;) in administratione sacramentorum Piekarii successionem.

Petritius per currendam iubet detonari ex ambonis decanatum devotionem Piek: esse meras imposturas.

illegitimi et iniqui usurpatores parochiae Piekar: diffamantur P. P. societatis.

Diffamantur itaque temere P. P. societatis ex ambona Bythomiensi, a praeposito Bythomiensi Josepho Nicotio, et a quo non partiali? imposturarum Roczowskianarum prosecutores; paroeciae Piekariensis iniqui usurpatores publicantur; illegitimi sacramentorum administri culpantur, sugillantur, sed sine fide, sine optato fructu; diras duntaxat in se tum catholicorum, tunc acatholicorum in se convertunt.

nec non imposturarum prosecutores.

Praeter hoc editum decretum (: quod postmodum sollicite ab ipsis ecclesiasticis lacerabatur, ne in oculos episcopi incideret:) eo livore tenebrantur malevoli, ut collegium Oppoliense, praescripto termino, ad servandum ob brevitatem impossibili, sub poena excommunicationis ad comparendum in iudicio (per decretum 3. Julii editum) citaverint, occasione divulgationis miraculositatis imaginis B. V. in dicta ecclesia Piekariensi, contra decretum reprobatorium assertorum miraculorum latum.

collegium Oppol: citatur sub poena excommunicationis Cracoviam ad iudicium.

Contra quam citationem, utpote nullitatis, et illegitimam, misso celeri nuntio, protestatus est missionis superior 12. Julii, et recognitionem traditae protestationis per R. P. Petrum Ziwiecki, provinciae Poloniae procuratorem petiit. 1^o Quod non competeret contra societatem et collegium Oppoliense talis stylus. 2^o Quia impossibilis assignatus comparendi terminus; viginti enim tribus milliaribus Cracovia distat collegium Oppoliense cui notificatio fieri debet, et impossibilitatem tam brevis termini cum reliquis prope distantibus apporstat. 3^o Quod instigator contra societatem assignatus, quo iure? contra quem? an quod in possessione donationis a Caesare et episcopo scripta et sigillata, societas maneat? an quod ius patronatus pro ecclesia Piekariensi ab augustissimo Caesare cum consensu episcopi habeat? an, quod ad desiderium Caesaris unionem ecclesiae Piekar: ad collegium Oppoliense obtinuerit? sic certe Caesar et episcopus citantur. Ille quod patronatum donaverit, unionem petierit et impetrarit; iste quod petitioni Caesaris (: sicut ex mente Tridentini et canonico iure facere potuit:) annuerit, ob gravissimas causas incorporarit. 4^{to} quod pessime in citatoria supponent adversarii P. P. societatis occasione divulgationis miraculositatis pro decreto unionis instare, cum semper et expresse R. P. Wences:

protestatio contra nullitatis citationem

Schwertfer p. t. rector Oppoliensis 22. Augusti 1677, a S. C. M. missus, celsiss: episcopo cum protestatione in postulatione dixerit, societatem prorsus praescindere a miraculis, et solum motiva gravissima augustissimi Caesaris afferre pro unione, quae ipse celsiss: episcopus decreto unionis inseruit: Nos itaque, quoniam constitit nobis, huiusmodi unionem ecclesiae Piekariensis collegio Oppoliensi S. J. multum profuturam ad convertendos in illis partibus haereticos, atque ad propagationem sanctae fidei catholicae ac populorum animos pietate ac timore dei imbuendos, atque in articulis fidei instruendos, facile in id animum fleximus, ut praefatam ecclesiam Piekariensem praedicto collegio Oppol: S. J. uniremus. quemadmodum hisce literis nostris unimus. 5^o. Non societatem, sed ipsum episcopum, ad petitionem, S. C. M. (:collegio Oppoliensi prorsus inscio:) titulum miraculosae nominavisse, datis ad R. D. Petritium literis, iuxta § in ipsis literis episcopalibus, a provinciali Czastochoviensi commissario inscriptum, et subscriptum, quando eosdem pro prima commissione anno 1677 ordinabat: §: sic habet: Significatur vobis, ex relatione fide dignorum, ad imaginem B. V. M. in ecclesia parochiali villae Pekarii, in decanatu Bythomiensi, dioecesi nostra Cracoviensi consistentis, miracula manifeste, et visibiliter fieri, et homines diversi status in necessitatibus et afflictionibus suis ad eandem imaginem, consolationem et gratiam experiri, et S. C. M. eiusdem ecclesiae Piekariensis in Piekary patronum praedictam ecclesiam religiosius S. J. incorporare velle. Dato ergo, non concessio, quod forte particularis aliqua persona privata societatis, miraculosam et quidem posterius, nominavisset, celsiss: episcopum et communem eo tempore populi Polonici et Silesitici sensum secuta, nihil societati praeiudicare potest, cum nullam auctoritatem praeferat. Imo (quod notandum) postulavit P. superior missionis a celsissimo, daret decretum ut nullatenus miraculosa, sed simplex imago censeatur, et exponatur, affixurum se libentissime valvis Piekariensibus decretum huiusmodi. 6^o. Protestatus est societatem Piekarii, vel de Piekario ad usque diem 1. Junii 1678 nihil unquam disposuisse, praeter unicam expositionem imaginis, die purificationis B. V. in praesentia decani ruralis, ad salvandam Poloniae famam de ablata imagine adeoque etiam de rebus, sub Roczkowski actis, societatem respondere, non teneri; cum necdum Piekarium ingressa fuerit, et potestas illius ad usque resignationem vinculata. Confessiones autem accurrentium audire, non est imposturas facere. — Demum 7^o quia contra violentiam sacra caesarea maiestas patrocinium sibi in diplomate reservavit, ideo reverentissime petita venia P. superior ad Caesarem appellavit, ut eadem S. C. M. cum celsiss: episcopo contra instigatorem et socios ejus et praesertim contra notorios, qualem se se prodidit dictis ac scriptis literis contra societatem, generalis alias auditor, Rdiss: D. Grabianowski, violentiae occurrat ac medeatur.

R. P. superior
appellat ad Caesarem
ut protectorem

Et vero apud S. C. M. opportuna remedia unionis et pacis requisivit P. superior; augustissimus autem per suum Theologum R. P. Christophorum Stettinger (28. Aug. Anno 1678.) apud celsissimum episcopum. Petiit insuper augustissimus Caesar, suspensio suo iudicio; de affectis imagini imposturis, quae in prima commissione (quam

Caesar urget unionem,

episcopus accuratam imperavit) a P. P. commissariis inventae non fuere, sed solum postmodum, quando Piekariensis ecclesia ceperat societati obvenire, a quibusdam delatae fuere: merito, enim! suspicio nonnulla haberi posset, annon aliquid malevolentiae in hac secunda informatione, seu potius delatione intervenerit? Difficillimum enim creditu est, quod si secunda informatio (quae omnia circa imaginem imposturis subiecta censet) sancta veritate nititur, in primorum commissariorum examen de hac ipsa impostura nihil incurrerit. Petiit, inquam Caesar, ut imago B. V. M. in aliquo altari ecclesiae Piekariensis, sicut aliae imagines sanctorum, non miraculosae, honorari consuetum est, exponeretur. Quid ad haec Rdis: suffraganeus, administrator episcopatus Cracoviensis? Dignetur, ait, aliquantulum expectare, et habebit omnia peracta et pacata; (unus est, Grabianowski) turbator rerum. Requisitus recognitionem traditae protestationis, non esse necessariam, reposuit; non enim R. R. P. P. citantur sed tantum testes. Liberum itaque est R. R. P. P. adesse, et non adesse iudicii.

petit expositionem
imaginis.

Quid celsiss: episcopus? Ad commissariorum a S. C. M. deputatorum literas respondit, ut tantisper supersederent ab executione introductionis societatis Piekarium sine praevio unionis decreto, quod daturus est Rdis. D. suffraganeus. — Ad S. C. M. vero, pestis obicem praetexit, quae omnino ab acceptata protestatione, quasi rupto claustro, in publicum erupit Cracoviae, ut nullus citatus vel adcitatus comparuerit, et iudices ipsi, qua data porta profugerint. Citati autem erant A. R. D. Josephus Nicotius Praemonstratensis, praepositus Bythomiensis. R. D. Laurentius Galuskiewicz parochus Miechoviensis; R. D. Jacobus Berula parochus Mikulcicensis. R. D. Mart: Firowicz, parochus Biskupicensis, Adcitandi: P. Leopoldus Brzezanski Praemonstratensis vicarius Bythomiensis, R. R. D. D. Michalkowski, Tarnomontanus, Ziglinensis, Reptensis, Radzienkowski, Sączowiensis parochi, et P. P. Schwertfer et Pospelius S. J.

episcopus differri
vult introductionem
societatis Piekarium
ob praetextum
pestis.

Pestis Cracoviae.

citati et adcitandi
ad iudicium.

Scriptum est eo tempore ex aula episcopali Piekarium, precarentur B. V. Piekar: ut extenderet etiam pallium misericordiae, in vicinum afflictum peste regnum Poloniae, quae dei mater tam liberalis esset in Silesiam, at responsum: Pallium B. V. clausum Piekarii, in Poloniam extendi non posse.

Quoad expositionem autem imaginis, respondit episcopus: subtimere se, ne subsit periculum fraudis et deceptionis: quia credulae plebi difficile est ex animo evellere illam falsam opinionem, qua imbuta fuit a praedicto parochi. Caeterum, quando ista parochia erit iam unita collegio Oppoliensi, amplius se hac de re non disquisiturum. Faciant P. P. Oppolienses, quod ipsis in domino, sacris canonibus conforme et consentaneum videbitur. Satis sibi esse, quod satisfecerit suo officio jusseritque secundum praescriptum legis Urbani VIII. et aliorum pontificum decreta, ex altari illam imaginem deponere, et in loco privato occludere, declarareque non fuisse nec esse miraculosam; idem confirmavit Franciscus Tomanowicz S. J. episcopi confessarius, Wawrzynecis 26. Septemb: Facta incorporatione parochiae, ut imago exponatur cultui publico, non declarata miraculosa, satis temporis P. P. habituros ad deliberandum, et quid secundum canones fieri possit, ac debeat, decidendum. Rursus Kielciis 30. Decembr. Facta vero unione, concedetur expositio imaginis et arbitrio societatis relinquetur.

expositionem ima-
ginis permittit a
facta unione collegio
Oppol.

Sic ergo bruta illa fulmina et tonitrua in silentium abierunt. Societas autem, quod pulchre intulit saeculi nostri vir excellentissimus, regni Bohemiae supremus burgravius, Bernardus comes a Martinitz, pro custodia novi sepulchri, incarcerata videlicet deiparae imagine, Piekarii posita, vigilavit.

inchoatus a societate fructus.

Quid porro hoc anno fecerit, Piekarium ingressa 30. Maii, societas: quia iam luculente satis datum est, quid passa sit? referre iuvat: anno isto 24. millia auditis confess: ss. eucharistia refecta. Triginta tres ab haeresi abducti, et s. Romanae ecclesiae aggregati. Gratiae enim caelestes, ne miracula vocem, eo liberaliores fuerunt, quo Mariae mastyges miraculositatis titulum magis ac magis exterminare moliebantur.

gratiae coelestes

Lux caelestis super templum et coemeterium illapsa nocturno tempore sedem B. V. nobilitavit. alias ter eodem die, quasi coelum foret apertum, templo incubuit. Capitis doloribus liberati 11. coecitas depulsa, vel illustrata caligo 19. aurium morbi profligati 3. gutturis et dentium cruciatibus immunes facti 5. plicis et delirio enodati 8. a demoniis et praestigiis soluti 3. a morte redivivi 2. epilepsia et caduco 9. claudi aut pedum vitiis laborantes adiuti 14. manibus restituti 2. Ex ulceribus et hernia convaluere 5. hydropes aut pravo humore detumescere 8. lypothimia abstersa 3. aquae tempestatibus erepti 2. ab incendiis servati 5. a pestis contagione vel defensi, vel incolumes toti pagi et oppida, pecora a lue erepta 8. steriles et parturientes adiutae 11. a variis et ignotis morbis 48. a morte vel praesente mortis periculo salvati 17. carceribus et vitae famaeque periculis 3. ob neglectam voti executionem divinitus puniti 4.

Ecclesiae pauperrimae ab ingressu nostro accessere: forma elegans pro hostiis; ferculum eucharisticum 112 fl. ex augustana officina evocatum. calix. ampullae argenteae cum pelvi. missalia 2. antverpiensia. planeta una. superpellicea 2. albae 3. vela pro calicibus 8. binae pro choro fides; musicales cantus; mappae aliquot; tunicellae laneae ac lineae pro ministris. votivae argenteae tabellae 8.

annus 1679.

Annus tandem 1679. sublato pestis et adversariorum fervore (cum decumanis suis calumniis: tot enim principes erant, adversus 22. iuratos testes nihil profecissent) annus benignitatis fuit. Quo visis ante omnia originalis cridae ac renovatae, Cracoviae citationis literis debite publicatis ac executioni datis; nemine citatorum, ultra horam audientiae expectatorum, comparente, nec effectum literarum cridae impediens; in eorum contumaciam lecto expresso illmi et rdiss loci ordinarii Cracoviensis consensu, in patentibus literis dato; praehabita plena et sufficiente informatione super statu, qualitate annualium reddituum ecclesiae parochialis Piekariensis, aliisque circumstantiis; piis et laudabilibus S. C. M. desideriiis ac votis annuens, et ad debitum finem optatumque effectum deducere cupiens, donationem iuris patronatus ecclesiae Piekariensis, per eandem S. C. M. in favorem collegii Oppol: S. J. gratiose factam collatam et attributam, auctoritate ordinaria, approbavit, confirmavit, ratificavit; et post receptam canonicam resignationem eiusdem

unio ecclesiae Piekariensis ad collegium Oppol: S. J.

ecclesiae in manibus A. R. D. Nicolai Jeziorkowitz Decani Bythomiensis, autoritate ordinaria approbavit, facultateque speciali desuper habita, sub die 1 Junii, proximo praeterito 1678. factam; stante donatione huiusmodi iuris patronatus; resignatione beneficii; et expresso consensu illustrissimi et reverendissimi. loci ordinarii Cracoviensis, statum illius pristinum immutavit; titulum rectoris, seu parochi ecclesiae, sub beneplacito s. sedis apostolicae extinxit, suppressit, sustulit et abolevit, ecclesiamque praedictam Piekar: inhaerendo iisdem literis donationis et consensus S. C. M., ac speciali indulto illustrissimi et reverendissimi loci ordinarii, cum omnibus ipsius iuribus, redditibus, proventibus, censibus, decimis, fundis, areis aliisque attinentiis et pertinentiis, hactenus tam ex vi primaevae ac originalis erectionis, quam quarumvis successivarum auctionum, seu meliorationum et alias quovis iure, usu et possessione ad ecclesiam huiusmodi spectantibus, supra scriptae societati Jesu collegii Oppoliensis univit, incorporavit, invisceravit, aggregavit et adjunxit; ac quatenus patres praedictae societatis collegii Oppoliensis in eadem ecclesia nunc et pro tempore existentes, omnia sui instituti munia ad laudem et gloriam ss. et individuae trinitatis, intemeratae dei matris cultum; ecclesiae catholicae et apostolicae venerationem et Christi fidelium peculiarem consolationem libere et licite exercere et quam plures animas Christo lucrificare possint, plenam et omnimodam facultatem dedit et concessit. — Nihilominus, quoniam patres praedictae societatis Jesu curam animarum tanquam parochi non gerunt, nec suscipiunt, ideo, ne ecclesia praefata ob unionis, annexionis, incorporationis, quem sortita est effectum, in administratione sacramentorum et regimine spiritualium debitis defraudetur obsequiis et animarum cura in ea aliquatenus negligatur providendum et praecustodiendum duxit, proptereaque ad supportanda onera, ex vi iuris parochialis incumbentia loco parochi seu rectoris ecclesiae praefatae, iam ex nunc sublata et extincti, vicarium manualem seu amovibilem, ipsum tamen virum probum creavit et constituit; ac ut patres supradictae societatis, circa memoratam ecclesiam Piekariensem, continuis et perpetuis temporibus vicarium ut supra manualem seu amovibilem, virum probum, exemplarem et competentis doctrinae, ad curamque animarum habilem, et idoneum, per illustrissimum et reverendissimum: d. loci ordinarium Cracoviensem, nunc, et pro tempore existentem, approbatum seu approbandum teneant, foveant et conservent, ordinavit; pro ipsiusque sufficienti sustentatione, ratione onerum vicarialium et administrationis sacramentorum ultra proventus seu obventiones accidentales, communiter a personis iure parochiae subiectis ac aliis percipi solitis, quas omnes illi soli in solidum, perpetuis temporibus cedere debere, declaravit in vim congruae et canonicae fructuum portionis, ducentos florenos Polonicales, illius territorii assignavit, ad extraditionem seu solutionem annuatim et alias pro rata temporis, seu deservitae mercedis faciendam, sine ulla difficultatis et praepeditionis materia, eosdem patres societatis et collegii praedicti teneri et esse adstrictos pronunciavit. — Onus fovendi et competenter salariandi directorem scholae pro informanda et instituenda iuventute: cantorem, organarium aliosque ministros, ad obeunda officia

vicarium manualis
qualis? servandus?

ultra proventus ac-
cidentales assignan-
tur illi 200 fl. Po-
lonicales; 33. 30 im-
periales.

director scholae,
cantor, organarius,
more parochialium
salariandi.

et servitia consueta more aliarum ecclesiarum parochialium dictis patribus imposuit; et obviando quibusvis negligentis et intermissionei divinatorum officiorum ac servitiorum, quatenus supra scriptos ministros ecclesiae, utpote directorem scholae, cantorem, organarium, campanatorem, continuo foveant et salarient, praenominatos patres, sub onere conscientiae et poenis, per illustrissimum, et reverendissimum: d. loci ordinarium officiumque ordinarium Cracoviense infligendis, monuit et iniunxit. Insuper attenta donatione seu translatione iuris patronatus per S. C. M. eisdem patribus societatis et collegii praefatorum gratiose indulta, antedictos patres praefatae societatis in collegio Oppoliensi, nunc et pro tempore existentes, nomine ac intitulatione patronorum, collatorum, ac principalium ecclesiae rectorum insignivit; pro patronisque debere dici, haberi et reputari, statuit et decrevit; titulum et praerogativam superiori seu rectori Collegii Oppoliensis, ut locum superiorem in ordine ecclesiae, tanquam patronus et primarius ecclesiae rector habeat; et si aliqua negligentia per ipsum vicarium ad placitum, ut praemittitur, amovibilem directorem scholae, cantorem, organarium, campanatorem aliosque ministros ecclesiae, in officiis divinis et sacramentorum administratione imposterum committeretur, tam ipsum vicarium, quam caeteros, supra dictos ministros ecclesiae, in officiis divinis constitutos, admonendi potestatem attribuit et concessit.

Casu vero negligentiae alicuius, signanter circa administrationem sacramentorum et curam animarum ac intervenientium aliquarum in divinis officiis intermissionum, supra scriptos patres ill. et rdiss: d. loci ordinario Cracoviensi nunc et pro tempore existenti debere respondere et rationem reddere declaravit, eosdemque, tam quoad status ecclesiastici reformationem, quam visitationem (statum et regimen duntaxat ecclesiae tangentem) non obstante quovis exemptionis privilegio, iurisdictioni et authoritati ill: et rdiss: d. loci ordinarii ipsiusque iudicii ordinarii Cracoviensis subiecit et subdidit, subiectosque et subditos fore et esse adinventit.

Praeterea quod ill: et rdiss: loci ordinario Cracoviensi nunc et pro tempore existenti, fidelitatem et obedientiam ratione dictae ecclesiae praestabunt ipsorumque mandatis parebunt; iura et libertates eiusdem ecclesiae manu tenebunt et pro posse defendent; ac de his, quae ad ipsam ecclesiam pertinent et pertinere imposterum poterunt, nihil alienabunt, sed alienata, si quae fuerint, ad ius et proprietatem ipsius ecclesiae reducent et reduci procurabunt, sub onere et ligamine conscientiae poenisque per rdiss: loci ordinarium Cracov: nunc, et pro tempore existentem, irrogandis, monuit, obligavit et obstrinxit, prout (salvo in toto manente decreto iudicii ill. et rdiss: d. loci ordinarii, ex instantia instigatoris curiae eiusdem, contra R. Jacobum Roczowski, immediatum dictae ecclesiae parochum, quoad abrogationem assertorum miraculorum, sub die 17. mensis Januarii anni proxime praeteriti Kielciis lato) sub beneplacito, approbatione et ratihabitione s. sedis apostolicae dat, confirmat, ratificat, immutat, extinguit, unit, incorporat, constituit, et ordinat, assignat, declarat, monet et obligat literasque obligationis dico approbationis, confirmationis, unionis et alias desuper necessarias

R. P. rector coll:
Oppol: S. J. titulo
collatoris insignitur.

vicari et ministrorum
ecclesiae monendorum
potestas datur.

super negligentia
curae animarum res-
pondere episcopo
declaratur.

subiiciuntur P. P.
visitationi, quoad
statum et regimen
duntaxat ecclesiae.

ratione dictae eccle-
siae fidelit: et obe-
dien: episcopo
praestare debent.

tueri iura ecclesiae.

non abrogatur de-
cretum contra Rocz-
kowski latum.

decernit et in forma solita extradi mandat. Ita ad verbum ex Protocollo actorum rdis: D. Nicolai Oborski 27. Febr. 1679.

Contra tamen 200 fl. Polonicales, qui in bona Caesarea moneta faciunt 33 Imperiales, non debere tantum vicario Piekariensi assignari, in consessu illo iudiciali reclamavit R. P. Wenceslaus Schwertfer, missionis superior et ab ipsomet iudicii praeside in ipso actu solenni, publicum responsum accepit, licere societati ad arbitrium convenire cum vicario de salario: ob decentiae formam, solum quantitatem nominatam esse. Cibi etiam nulla fit mentio. Porro fundi, pecuniae, census ad ecclesiam praefatam pertinentes, sub actu visitationis decanatus Bythomiensis ao. 1657. die 16. Maii a Rdo. Stanislaio Diluszowicz, parcho Piekariensi, fideliter in librum congesti, conscripti, ac in archivo ecclesiae depositi, prius diligenter revisi et mature lecti, in maiorem fidem et ad perpetuam rei memoriam propria manu rdis: D. Nicolai Oborski, pro officio archidiaconi, quo tunc temporis fungebatur, subscripti et demum ao 1682 die 23. Maii, per extractum de verbo ad verbum, nihil immutando vel addendo editi, subscriptione et sigilli appositione firmati et roborati sunt sequentes.

Protestatio contra
salarium vicarii.

Potest soc. ad arbitrium cum Vicario
convenire.

Anno 1656 die 13. Aprilis Perill: ac Magnus D. Georgius comes ab Henckel, pro tunc heres domini Bithomiensis et Teutonico Piekarii, donavit ac dotavit ecclesiae Piekariensi agrum cmetonalem, vulgo dictum: Machniowskie Pustki, habentem tres laneos aut mansos et prata insuper e regione horum mansorum, iacentia inter agros Andreae Hanzel et Joannis Strusz ex altera parte; idque fecit Jllm: D. comes propter meliorem ac decentiorem alimentationem mei ac meorum successorum, parochorum in Piekary, ut libere praefatos agros possidere illisque perpetuo tempore frui possimus, praesertim sacerdotes catholici, salva tamen Decima manipulari ac pecuniaria tum et Widerkauff, missalibus et coeteris, quae omnia more antiquo parochis extradi debent, prout de facto ego Stanislaus Diluszowicz, parochus Piekariensis in realem et actuaalem supra nominatorum mansorum, camporum et pratorum per deputatos personas Jllm: D. D. comitis possessionem intromissus utor ac possideo. Nomina intromittentium: Joannes Gadecki capitaneus vel praefectus bonorum fundi in loco Jllm: D. D. comitis; Georgius scultetus fundi, Joannes Frangiel, senior fundi; Lucas Czaja. Reverendus parochus Piekariensis habet domum desolatam pro residentia, ad quam habet unum et semilaneum agri in tribus campis. Primus laneus stadiorum sex, sulcorum 24. idac do Kuny mlynarza in międsy rolami Adama Durasa. ziedney, a Szymona Lastra z druga strone, do tegoz lanu pullanek, mianawssy lastrow stadiorum sex sulcorum novemdecim. Secundum laneum pod Gwózdciem, sulcorum viginti quatuor, stadiorum sex, sulcorum novemdecim cum prato ex utraque parte Adami Durasz. Tertium laneum pod Maskowcem, duodecim stadiorum, in quolibet stadio sulcos viginti. Do tego lanu Pullanek za soltiessemi wierzbami stadiorum quatuor sulcorum septem yz Łączkami. Po zaplocziu za stodołą Plebanską Pullanek quatuor stadiorum, sulcorum triginta septem. Jtem R. parochus Piekariensis ma dwie chalupie, dla Sagrańników, ktorzi po dwuch dni powinni są

Proventus dubii et
certi parochiae Piek

robicz przy strawie plebanskiej. Item R. parochus Piekar: habet decimam manipulare in campo Brzeziny (ita testatur visitator episcopalis et ipse episcopus Oborski ut habetur sub sigillo et manu subscripto) idac do Karcha ut in campis sic dictis Xięstwo ut in libris relaxationum clare patet, Item R. parochus habet a rusticis et incolis Piekariensibus decimam pecuniariam et a quolibet laneo iedne cwiertnie zytą, drugą owsa. Zbudowałem na gruncie Plebanskim dla lepszego y spodobniejszego zdrowia dwie swietnie skromne, przy kazdey iest komnateczka, meo proprio sumptu. Zbudowałem chalupę tertiam dla chłopa. Zbudowałem stodołę nową. Odebrałem łan roly na Xięstwie de manibus haereticorum, u dembnika, sic dictum. Odebrałem y naprawilem staw na Bilczy, idac do Bythomia, de manibus ac possessione haereticorum ktorego oyni uziwali, y z niego pożytkowali.

ecclesiae pecunia
apud Incolas Piekar:

Pienądze koscielne y przy poddanych Piekarskich 30 maiące od ktorych iusz od lat 30. nieplacą: bo Ich m. m. panowie Hencklowie sprawiedliwoszi, ani Xiędzu, ani Kosciolowiu z poddanych czynic chcą. Naprzodu Durasza piętnascie talarow słaskich; U Woyciecha Gole talarow dwadziescia słaskich; za nie ręczyli matys Biebiolka y Durasz. U Goczalą dziesięć talarow zanich ręczyli, Mikołay Grzegotka, Szymon Janysska. U Grzegorza Nowaka złotych polskiich dziesięć. item talarow pięć słaskich. U Stanisława Kluby trzy talery. u Zuba trzy talery; item pięć talarow. U Woyciecha Gole z legaticy niebosczyka Caspra Szoltysa osm talarow. item szeroki taler, pozyczany zkoscielnych piędędy.

Obec Piekarska złotych dziesięć, co oddała Anna Woydelina u Kaczmarza Woyciecha Piekarskiego, naprzod dziesięć talarow słaskich. Item z legacycy niebosczyka Kaspra Szoltysa iedenascie talarow. Item z legacycy niebosczyka urzédnika Jerzego osm talarow; item z legacycy Anny Woydeliny dziesięć talarow y grossy sesnascie starych piędędy; item z legacycy niebosczyka Jana Kaczmarczyka dziesięć talarow. U Gubaly dzieięć talarow. U Cerką dwanascie talarow. U Machnia szesnascie talarow. U Skupnia dziesięć talarow. U Anny Surowcowey dziesięć talarow. U Grzegotki z legacycy Kloska dziesięć talarow. U Matysa Lastra dziesięć talarow. U Ssymona Gniastka dzieięć talarow. In quorum fidem haec ex manuscriptis olim praefati R. D. Stanislai Diluszowicz parochi Piekariensis excerpta propria manu subscripsimus cum appositione proprii sigilli. Datum Piekary Anno 1682. 23. Maj. (Locus Sigilli) Nicolaus Oborsky Episcopus Laod. Suffraganeus Cracoviensis.

Primos donatos tres laneos, mortuo comite Georgio Friderico eripuit successor Leo Ferd. comes ab Henckel de his modò sub iudice lis est. Decima manipularis non datur. De pecunia ecclesiae moderni rustici nihil scire volunt, nec se audisse. Ista est tota fundatio modernae residentiae et templi.

Introductio soc: per
commissar Caesar.

His a parte Poloniae felicissime confectis, introducta est Piekarium societas a Caesareis commissariis, perill: D. Tobia Josepho ab Eidtner S. R. J. equite, Officii salis praefecto; et gen: D. Maximiliano Vogel, eiusdem salis Officii antigraphaeo, festo annunciationis B. V. eo ipso die, quo deus pater primogenitum suum introduxit in orbem terrae, in uterum virginalem; eo, inquam, die anniversario, quo augustissimus Caesar Leopoldus I. donationis diploma ante annum expedit. —

Declaratae (iuxta breve Clementis IX. die 13. Novemb. 1668 Caelestium indulgentiae plenariae ob inchoatam solennem missionem. adversarii s. imaginis eam perpetuo carcere. incinerandam volunt.

Quia autem jugulata, ut sic loquar, imagine, omnia se jugulatos sperabant adversarii, ideo vires omnes evocabant, ut haec perpetuis tenebris decreto episcopali manciparetur. Unus certe eo livore, ne insaniam vel blasphemiam dicam, non iam furfuris, sed candidae alias farinae socius, correptus fuit, et quidem religiosus, ut coram haereticis, charta expictam, de pariete detractam laceraverit. Alter eiusdem socius, comburendum esse ipsum originale blasphemavit, sibi quidem potestatem ab episcopo Cracoviensi per literas datam (non sine iniuria episcopi) Wratislaviam scripserit, imaginem Piekariensem bona aliqua arte auferendi, et, si aliter fieri non posset, incinerandi.

Omnes, iura procedere debere, non recedere; decretum semel latum, nullatenus posse immutari, vociferabantur. Reverendissimus auditor Grabianowski nullum amplius voluit formare decretum, si hoc contra imaginem Piekar; immutaretur. Qua autem id conscientia facere potuerint? non apparet. vel enim sepeliendam in perpetuum volebant, et a cultu publico fidelium amovendam, ut est simpliciter dei matris imago; sic sepelire recondereque haereticum est, quia vetare imagines sanctorum colere haereticum est; imo et iconoclasticum, quia idem, atque igni aut aquae tradere. vel quia, occasione illius, impostura facta est, quod luculenter probatum non est, sed tantum assertum, et ex praesumptione dictum. Num igitur imago innocens damnanda? num ss. venerabile sacramentum comburendum? quia illo saga abusa est?

refutatio

Nec apparet, qua id ratione exigere poterant, absque 1^o laesione famae antistitis, hactenus pro deo, et dei matris defendendo promovendoque honore, semel illibatae, quam inter malleum et incudem ponebant.

Augustissimus enim Caesar ob hanc principaliter causam petiit parochiam Piekar: incorporari societati Jesu, tum quod parochus Piekariensis tanto hominum concursui et promovendo dei matris cultui, qui in sua effigie ibi colebatur, non esset sufficiens; tum quod conversioni haereticorum commodius esset servitura societas.

Decrevimus, ait, postulare ut S. J. ad huiusmodi propagationem fructus et cultus, per quam idoneae parochiam. Postulato Augustissimi benigne annuit illustrissimus loci ordinarius; donationem fecit; facta deinde omnia, quae fieri oportebat de iure. — Quid fit tandem? Totius negotii iugulum petitur, dum id, ob quod petebatur cessio et incorporatio, societati Jesu ecclesiae Piekar: amputatur; dum imago B. V. occluditur, exponique vetatur; quo ipso populi concursus arceatur; spes haereseos extirpandae praeciditur: messis operariis subducitur. Hinc ulterius benignissima cessio, semel facta, parochiae Piekariensis, si non directissime, saltem indirecte, idque proxime revocatur. Si revocatur, an non vel in circumspectionis, quod non facta in omnes partes reflexione processerit antistes; vel praecipitantis in concedendo; vel in concessis servandis inconstantiae labe conspergetur? Quod an non sit laesivum famae ac aestimationis summae, illustrissimo loci ordinarii, profundissimo quisque penset iudicio, decernatque. — 2^o an non tali donationis modo augustissimo Caesari illuditur, quando donatus prae

sacra imago in altare
maius restituitur et
ut simplex imago
cultui proponitur.

se fert id, quod petatum fuit; in re autem petatae rei substantia, et ipsa essentia denegatur? an non etiam S. C. M. tum curiae ipsius et cancellariae sensus, iudicium et autoritas prostituitur? Ut igitur et S. C. M. auctoritati et celsissimi: episcopi illibatae fama, et B. V. honori et tot populorum, etiam principum, et doctissimorum virorum consensui (quod signum usque ad canonizationem olim acceptabat S. mater ecclesia) et pietati catholicorum satisfaceret societas, haereticisque sales blasphemos, de hac imagine spargentibus, ora obturaret, data sibi à reverendissimo D. suffraganeo (cui negotium unionis, transigendae ab episcopo cum plenitudine delatum fuit) tacite et absque strepitu exponendi potestate; et declarata loci ordinarii, in literis ad S. C. M. nuper seu licentia, seu permissione, primum vetere pastophorio, ob angustias et tenebras nimias, quibus immersa fuerat imago, diruto, dum novum sacrarium aedificaretur, in templi pariete collocata; paulo post sub quovis sacrificio reserata; demum transactis ab unione septem hebdomadis, die 20. April, ad altare summum reposita est, tanquam simplex, et alia quaequam non miraculosa dei matris imago.

Neque per hoc iura retrocessisse; decretum latum immutatum, putes: decretum enim illud formatum tanquam de miraculosa habita, adeoque ut tali recondenda, latum erat, expositio autem facta est; tanquam simplicis dei matris imaginis, praescindendo a miraculis, sicut insalutato episcopo exponuntur imagines, recenter à quocunque Apelle pictae, vel ex prophano conclavi ecclesiae dono illatae.

Sed neque praeiudicatum est per hoc Tridentino Sess. 25 de invocato SS., quia non ut miraculosa proposita est. multo minus constitutionibus Urbani VIII, 39 et 134, quae ibi loquuntur tantum de imaginibus defunctorum, non dum a sede apostolica canonizatorum, aut beatificatorum. Neque constitutioni eiusdem 163., quia imago B. V. non in nova aliqua forma insolita. vestitu, habitu proposita, quam ab antiquis temporibus in ecclesia receptum fuerit.

mirabile quid in ex-
positione.

Sic ergo prodiit, post quinque facile mensium latebras, e conchyli scrupulo margarita nitidissima è tetrus nubibus luna pulcherrima; post lugubres tempestates electa ut sol; è carcere inquam (quae nos per filium suum assertuit in libertatem filiorum Dei) Maria luci et libertati restituta, throno suo reposita caeli regina. Usus fuit connaturalibus ornamentis deus in benedictae iconis comparitione: Nam, cum ad unam, et alteram septimanam, mersus in coelo squallor, ad humana taedia, cum tenebris, ac tempestatibus dominaretur, statim ad imaginis in ara collocationem et apertionem, sol nitidissimus, fractis nubibus, illuxit. Comparuere nobiles hora eadem ex Polonia, ingressique templum, ad spectaculum imaginis, et ad fulgorem solis, Mariae inservientis, attoniti exclamarunt: Ecce ad Mariae praesentiam totus mundus exhilaratur! Fuere, viri etiam sensati, qui asseverarent. novam gratiam vultui (si loqui licet, praemium carceris) additam esse à deo, faciemque speciosiore comparuisse.

fructus laborum et
beneficia caelestia.

Ad fructum et caelestia dona descendo. Super centum millia peregrinantium, decursu anni videre fuit. Ultra quam 60 millia sacramentaliter absolvimus et ss. eucharistia pavimus. Ad fidem ortho-

doxam ex Lutherana secta conversi 36. In doloribus capitis levamen senserunt 10. Visu recreati 27. auditu 3. gutturi, dentium, linguae defectus curati 6. plica, deliriis, phrenesi liberati 21. praestigiis 1. a morte redivivi 4. nervici, et contracti persanati 4. arthritici 8. epileptici et caduci 9. claudi 19. manibus capti 2. hydropici 3. febres depulsae 52. aquarum haustui erepti 2. ab incendio 1. peste 20 et totae familiae, pecora á lue, et aliis periculis 10. steriles et parturientes 22. a praesente mortis periculo 42. a variis ignotis morbis et calamitatibus 75. res furto sublatae aut perditae recuperatae á 3. carceribus et fama 3. anima purgatorii 1. neglecti voti poenas dederunt 3.

Pauperrimae B. V. accessit ciborium, opus regium, opere vermicultato liciatorio, 714. rubinis intertextum ab excellentissimo D. Bernardo comite de Martinitz, supremo regni Bohemiae Burgravio. Duo calices á sanctimonialibus Rattiboriensibus, Ord. S. Dominici. Item 1. calix a Perill: D. Wenceslao Kamienski cum 2 Casulis. Item 1. a perill: domino Tobia ab Eidtner. argentea anathemata 20. coronae 2. argenteae á dno. Daschitzki Capitaneo Fridecensi. Residentiae vero 100. aurei á charissimo Ferchelio S. J. Cellario Glacii, quam residentiam inhabitavit R. P. Wenc: Schwertfer cum P. Georgio Pospelio.

dona templi.

residentiae.

Post exantlatos triennio Piekarii labores; post compressos Mariani cultus adversarios; post partam de iisdem victoriam, et acceptam ecclesiae parochiae-que Piekariensis, cum iure patronatûs, pacificam possessionem; requievit in pace R. P. Wenc. Schwertfer, residentiae huius Proto Superior, febriculâ, quam sibi dudum praedixerat fatalem, 6. December extinctus. Vir erat á sancta pietate, ascetis conscriptis libris, regendo spiritu, non tam illustrissimis ac excellentissimis viris, sed ipsis adeo principibus, atque augustissimis Majestatibus charissimus.

a. 1680, mors R. P. Wenc. Schwertfer Proto-Superioris.

Post factam eccl. Piekar: ad collegium Oppoliense S. J. unionem, antagonistae quôque nuperi, seu potius zelosi veritatis indagatores, poenitentia ducti, ad thronum gratiae admirabilis Mariae Piekariensis, misericordiam et pacem imploraturi venerunt.

Sed vel maximè conduxit ad continuandam imposterum pacem, publicus per triurbem Pragensem admirabilis B. V. nostrae, in imagine Piekariensi, ex templo S. Ignatii novae urbis, ad Metropolitanam S. Viti, succollantibus sacram imaginem omnibus successivè Pragae religiosis, et canonicis regularibus; comitantibus proceribus obviam procedentibus metropolitanis canonicis, et regni infulatis praelatis, episcopis, ipso archiepiscopo, nec non Caesareis Majestatibus, ductus 15. Martii, triumphus. Sicut enim odigitriae olim virginis matris icon Bizantii sub Caesare Constantino, ita sub augustissimo Caesare Leopoldo. Piekariensis nostra Pragae triumphos egit, de peste potissimum, quae sub illum diem inibi notabiliter subsidere, et minui animadversa. Ubi etiam thaumaturgae iconis nomen meruit á Joanne Friderico Dei, et sedis apostolicae gratiâ archiepiscopo Pragensi, S. R. J. principe, et comite Walstein, in publico archi episc. Decreto, sic vocata.

S. imago a S. C. M. Pragae expetita per Triurbem in supplicatione circumfertur.

pestis Pragae minui animadversa.

Thaumaturgae nomen ab Archi Episc: Pragensi accipit.

Quis et qualis processus fuerit? quae series processiois per triurbem, archi episcopale decretum exhibet. Atque huius in Poloniam

pervenit fama, triumphi, omnes veluti compresso labello, obmutuerunt, stupentq̃ue etiamnum.

concitatur card: et
Episc: Wratis: contra
expositionem ima-
ginis Nissae.

Nissae tamen Silesiorum, ex regno Bohemiae per quàm gloriosa redux, quasdam, licèt inefficaces passa est infestationes, ab eremita religioso S. Pauli, eminentissimi S. R. E. Cardinalis, et Episcopi Wratislaviensis Friderici Confessario, qui accomodaturus se Jarosowskio Provinciali suo, primo illi, contra hanc imaginem, devotionemque Piekariensem zelotypo commissario, ut et ipse colophonem persecutionibus adderet, cardinali episcopo insusurravit, alla tam Nissam, ex aliena dioecesi, insolitam quandam imaginem eamque permissu, et consensu R. P. rectoris collegii Nissensis S. J. sub qualitate miraculosae, publicae venerationi, contra Tridentinum (quod sess 25 expressè statuit: Nemini licere ullo loco, vel ecclesia, etiam quomodo libet exempta, ullam insolitam ponere, vel ponendam curare imaginem, nisi approbata ab episcopo fuerit!) expositam, publicatamque. — Super quibus querulas literas eminentissimus ad R. P. rectorem Nissensem 16. Maii dedit; at responsum accepit, imaginem Piekar: insolitam non esse, utpotè ab archidiaecesi Pragenae, et in reginae — Hradecensi, et Cracoviensi cultui publico probatam, et approbatam; insuper ipsius augustissimi Caesaris, et totius Pragenae triurbis cultu, frequentissimam, neque adeo non insolitam. Accedere quòque ad iustificationem, neque casum, de quo Triden: sess. 25. non eundem esse cum hoc, de quo est quaestio: ille enim de expositione imaginis permansurae in cultu publico dioecesis agit, hic autem contigit cum imagine per transennam, et vix plus tribus horis in altari, non tam posita, quàm ostensa, ut proinde nihil SS. canonibus per hoc adversatum.

responsum ad literas
Cardinal: quod nihi
contra Trident:
actum.

Fructus laborum.

Reducem e Bohemia, quo á S. C. M. expetita fuit, admirabilem, V. M. (á cuius suavissimo, ac benedicto vultu vix unquam avelli poterant peregrini, quin et iterum, et iterum redirent, et non tantùm ore, sed et lacrimis dicerent: Vale, ô valde decora) exceperunt hoc anno peregrinorum communicantium super nongentos viginti duos, quinquaginta duo millia. — Quamvis autem icon ista, verè sit matris pulchrae dilectionis. nihilosecius vultus illius sacer visus est aliis ad horrorem ignescere; aliis pallescere ad tristitiam; virescere aliis ad hilaritatem; omnibus ad dulcem cordis compunctionem, et á peracta exomologesi, ad delitiosa, lachrymosa licèt solatia.

mutatur sacrae ima-
ginis vultus.

beneficia coelestia.

Parentatum à nobis Cracoviae p. d. celsissimo principi, episcopo Cracoviensi, Andreae Trzebicki, mirantibus nostram in episcopum ingenuitatem, observantiamque R. R. D. D. canonicis, nec non tam longinqui itineris assumptas in nos molestias. Ab haeresi ad rom. ecclesiam traducti 17. dolores capitis sedati 8 oculorum visus redditus 9. linguae et gutturis usus 4. rationis, ex mania, delirio, et furore 6. plica 6. vitae 6 manuum 2. arthritide 8. pedum 18. apostematis et ulceribus liberi 2. epilepsia 8. hydrope 2. febrium aestu 29. lypothimiâ 1. aquis 3. incendio 2. peste tota Triurbs Pragenae. Bendzinensis Civitas. pecora a lue 7. a periculis in partu 15. variis morbis 61. a mortis periculo 18. res perditae recuperatae á 3. carceribus et fama 2. neglector voti punitus 1.

Augustissimus Caesar Leopoldus I. suam per triduum in palatio hospitem matrem admirabilem, 14. praegrandibus saphiris, rosulis 15. ex adamantibus intermixtis, donavit. augustissima regnans Jesus collum adamantino monili ex 12 octogonis stellis complexata est. augustiss. imperatrix vidua, carbunculis in rosam contextis; frontem Divae adornavit. serenissima archidux Marianna tribus pretiosis in auribus ditavit. excellentissima Zinzendorffiana orientales 1518. uniones m/2 (2000) aestimatos, obtulit. annulis 30. varii sibi B. V. desponsaverunt. alii monilibus, gemmis anathematis exornaverunt.

Apparatus ecclesiae auctus planetis 8 albis 2 linteis clericalibus 2. perill: D. Nicolaus Paczinski 100. trabibus pro novo aedificio residentiae succurrit: hactenus enim angustum mappale incoluimus cui adaedificatum pro P. superiore novum cubicellum.

Anno 1681. Secunda dies Febr. secundum dedit residentiae Superiorem R. P. Joannem Scribonium, qui cum 2. patribus, et praeterea manuali vicario, ab obsequiis Marianis fuit. Praeter turbarum globos 67. supplicationes absque ducibus parochis, iis porrò ducibus septem supra 50. affluerunt. eucharisticorum convivarum numerata sunt 522 88 haeresin eiurârunt 2. Diuturni capitis dolores sedati 3. oculis orbi receperunt visum 13. auditum 1. colli gutturisque dissipata apostemata 7. plicis extricati permulti. ad mentem reducti 5. a morte revocatus 1. paralytici 2, caduci resurrexerunt sani 4. claudi in solidos pedes erecti 12. vulneribus, et ulceribus medelam inveñere 2 hydrops detumuit 2. febrium ardores extincti 24. mortem in aquis evaserunt 2. fulmine perculsi salvi surrexerunt 3. vitam à peste residuum, aut redditam, aut conservatam debent urbes, Oppolium, reginae — Hradecium, Pasquitium, Tarnomontum Fridlandense et Reichenbergense Dominia, praeter quàm plurimos privatos. pecus 1. ex aerumnosis pârtus periculis felicissime ereptae 19. de variis victis morbis triumpharunt 55. fauces mortis evaserunt 16. perditam pecuniam recepit 1. Famae et vitae consultum 2 blasphemii oris procaciam luit 1. templo primum addidit decus magnificentia perill: D. Ulanowski organum nempe, impendio 300 fl. Rhen. exstructum, planetis tribus aram virginis illustrârunt, florilegâ fgnota quaedam domina; rubrâ argento, auroque subindè intermicante domina Anna Daschitzkiana; totâ argenteâ, aureâque illm. et rdiss: D. Franciscus L. B. Wlezek, ad cathedralem Wratislav: Praelatus cancellarius. Rattiboriensium pistorum, Picario amica tribus, argenteos urceolos cum pelvi, donavit. Tholo Mariano 46. appensa argentea anathemata. Reliqui pictis 3. tabellis et imaginibus grandioribus 3. parietes exornârunt, subsellia verò A. R. D. praepositus Chorzoviensis duobus Turcicis peristromatis investivit.

In residentiae paupertinae levamen A. R. P. N. Joannes Paulus Oliva, datis per R. P. Carolum de Noyelle, assistentem Germaniae, ad R. P. superiorem, applicuit tot Missae sacrificia, quot sufficiunt ad satisfaciendum pro 273 flor. 36. ex massa sacrorum à residentia nuper acceptis, et in necessitates ejusdem conversis. Alioquin beneficia tantum quoad victum, stillavere, angustiis adhuc veteris mappalis constrictis, stante nova illa imperfecta, ventis pervia solique perillustri é

a. 1682.

s. imago Nissam ob
incursus rebellium
ungarorum devehitur

lignis machinâ, cuius necdum spes affulget, ob inopiam ad colophonem deducendae. Subinde Anno 1682. R. P. Georgius Bellman Marianae residentiae gubernacula, et devotionem cum duobus sociis et vicario tenuit, pannico terrore concussam. Tempori cedendum erat, et ob immanem rebellium Ungarorum, in Silesiam effusorum, furorem, quibus non multum nobis adsitum Bilicium in praedam cesserat, sacra imago Nissam, securitatis causa devehi debuit. Nihilominus spe nostra copiosior accurrit peregrinus. Ad fidem romanam ex secta Lutheri adducti 16. Sacramento confirmationis ab illmo. et rdis: D. Nicolao Oborsky suffraganeo Cracoviensi, qui huc tandem, quia citius ob metum Iudaeorum non poterat, privatae devotionis gratiâ descenderât. In fide roborati 400. Ad percipienda Piekarii poenitentiae, eucharistiaeque sacramenta admonitae per somnum à diva nostra personae 2. eucharistico pane refecti 22 230. Visu recreati 7. auditu surdastris 2. usu linguae nuper amisso 2. maleficiis deformati vultus nitorem recepit 1. praestigiis liberatus 1. comitali morbo 1. pedum doloribus 11. malignis febribus 4. ab incendiis servati 4. à peste 1. pecora convaluerunt 7. puerperae adiutae 2. periculo mortis adiuti 2. variis calamitatibus 18, infamia et carceribus 2. commissarius ille qui anno 1678 à rusticis Piekariensibus ob violentiam S. imagini factam, in templo erat conclusus, in festo S. Patriarchae nostri pro sacris rostris eleganter dixit, et nihit frequentius, quam ut de se optime sentiretur, in ore versavit; alter vero, qui Piekarienses excommunicaverat, pontificem egit.

fructus laborum.
sacramentum confir-
mationis confertur.

beneficia B. V.

dona templi

Templo et B. V. donata sunt: ab illma comite Gaschiniana iustae magnitudinis argenteus puppus, cum 2. annulis, singulis 4. adamantes cum tribus smaragdis inserti. A perill: dnâ Rogoyskiana ex Slupsko 60. thal pro extruenda B. V. nova ara. A. gener. domino Maximil. Vogel 2 argentea candelabra, facile 100 fl. Ab eiusdem dominâ consorte aurea armilla, 10 Philippeorum pondo. A senatu, populoque Oppoliensi argenteum cum navicula thuribulum, ex voto intercisae pestis oblatum. Praeterea à variis aurei 4. annuli; argenteae 16. tabellae; 4 pedes, 2 oculi, 2 mappae, aliquot strophia, ex serico frontale 1 velum 1. nobilis polonus cum non haberet ad manum, quod B. V. consecraret chlamydem sibi damascenam detraxit et praesentavit. Togam etiam florilegam herula Czabelickiana cum caeruleo monili Praga submitit.

residentiae. a. 1683.

domestici exurgunt
adversarii.

Egestati residentiae succursurus R. P. Provincialis 360 fl. transcripsit, ad expungenda debita, quibus haec residentia gravabatur, quàm esse coeperat. Cum afforis contra devotionem Piekar: cessassent bella domesticum astus daemonis excitavit hoc anno 1683 hostem: reducta enim Nissa S. imagine, falsus rumor per domesticos ruricolos increbuit, verisimilem genuinae suppositam imaginem, qui tantum suis mendaciis non effecit, ut imposterum magnus, usu iam receptae pietatis languor et cultus Mariani desolatio in loco sancto prudenter, subtimeri posset.

Aatholicus quoque loci dynasta comes Leo Ferd. ab Henckel, ut anhelae devotioni obicem poneret, vel planè ab hac advenas absterret, publicum in via leo posuit offendiculum, popinam; non

tam lassi, injuriisque caeli affecti peregrini, diversorium, aut quaestus habendi receptaculum (quia in ea popina hospes nullus, et loco potus, cerevisiae, crematique amurca, quam ne ipsi nobilium calones, quamvis iam persolutam, bibere dignabantur) quam incantae rusticellorum simplicitatis ad saltus, et quoniam non? illicium, et publicum scandalum; ad quam tanti populi incapacem popinam, ut vel invitos cogeret, hospitii jura prohibuit, et iniquo edicto sanxit, ne quis Piekariensium incolarum, sub certa pecuniae mulcta, peregrinum ullum, perinde ignobilem ac nobilem hospitio exciperet, nulla habita ratione palam clamitantium, se non saltandi aut in popina helluandi causa, sed devotionis gratia ad templum Piekar: ventitare.

Hoc scandalum, ut tolleremus, suasu bonorum omnium querelam deponere apud S. C. M., tanquam voluntarium huius devotionis Piekarii cum suis haeredibus protectorem, necesse habuimus. Aequitatem causae agnoscens clementissimus princeps, quamvis communi opinione videretur non esse de tempore, severum decretum contra praefatum loci dynastam expedire, expediit tamen, quemadmodum ipsamet S. C. M. cuius in privata audientia ultro nec referre dignata est, juraque hospitii advenis restituit.

a S. C. M. comprimitur Dynasta loci.

Accurrere duorum mensium spatio, ad usque id tempus, quo immanissimus Turcarum tyrannus, cincta obsidione artissime Viennâ, Christianum orbem summo horrore concusserat, et nos S. imaginem, periculis erepturi, Oppolium devexissemus quatuor supra 40. ducibus parochis, supplicationes ss. eucharistia pasta 24 millia.

s. imago Oppolium devehitur.

fructus laboris.

Nunquam tamen major honor serenissimae huic coeli, terraeque reginae Piekarii obtigit, ac cum 20. Augusti serenissimus Poloniarum rex Joannes III., cum serenissima regina, regia prole aliquot episcopis, regnique proceribus stipatus Bythomio Piekarium, à recto tramite deflexit ut adoraret in loco sancto, ubi steterunt pedes ejus, quamvis aliquanto ante compertum habuerit, loco, Oppolium aucti prototypi, verisimile duntaxat publicae devotioni expositum B. V. ectypon.

Joannes III. rex Poloniae, regina regiae proles regni proceres, belli duces visitant Piekarium.

Regem ponè secuti sunt cum suis copiis (m/50 erant) supremi belli duces; principes Wiesniovecii, Radzivili, alique Poloniae militiae praesides, qui pansis innumeris in conspectu immediato reginae nostrae tentoriis, castra metati, diem integram depressissimae ejus adorationi, ardentissimae suae pietati conscientiarum suarum expiationi; armorum contra Turcas benedictioni consecrarunt; noctem vero insequam quoad classicum caneretur, decantandis, qua voce, qua variis musicis instrumentis B. V. laudibus et vel maxime immaculatae conceptioni dicatis hymnis, tota castra excuba insumperunt.

Desertis Lutheri castris, fidei orthodoxae accessere 3 prodigiosè oculorum sanitatem recepere 3, aurium ad horrorem tinnitum amisit 1, ab alto prolapsi, sani surrexerunt 2 a plica enodati plures 5, apoplexia tactus, vitae discrimen evasit 1. a morte revixerunt 2. Caduco iactati, levati 2, in pedes claudi erecti 4, a lepra mundati 2, ab ulceribus et pustulis 2, hydropem effugere 2, febris deseruit 6, omnium membrorum tremor 1, ex naufragio enatavit 1, pecus revaluit 1, in gravi periculoso

fructus et beneficia caelestia.

que partu adjunctae 4, levamen et opem B. V. senserunt in variis calamitatibus 14, in praesenti mortis articulo 6, perdita recepit 1.

dona templi.

Templum ditius factum aureo annulo, 7. adamantibus discriminato, à Perill: domino Rogoyski ducatus Oppol: camerae procuratore; argenteâ 1. catenulâ; argenteis tabellis 9. argenteo tintinabulo ab Illma Herula Węgierskiana, duobus aureis, ex nuptialibus corollis viminibus, alba 1. mappis 2, ara summa cum tabernaculo ex levigato pyrrino ligno. Pauperi residentiae, in qua 3. patres cum vicario aliti, R. P. Provincialis 50 fl. donavit.

A. 1684.

Evocato ad clavum collegii Oppoliensis Superiore R. P. Georgio Bellmann, successit in superioratu R. P. Christophorus Pipelius, duo solum sacerdotes per potiozem anni partem consueta societatis munia obiverunt: cum enim uberrima inciperet laborum messis, tertius sacerdos alio advocatus; et qui debebat esse ab oeconomia coadjutor, nihil proficiente arte medicâ, Oppolii mortuus charissimus Melchior Pospelius.

Fructus, beneficia et gratiae coelestes.

Eucharistica mensa convivae habuit plures 55 600 supplicationes quasi integrarum civitatum cum curatis suis fuere 156. Qui haeresin Lutheri ejurare 13. oculorum visus restitutus 6. Manibus pedibusque rigore contractis, vigor rediit 1. paralysi prostratis 3. epilepsia solutis 2. claudi in pedes solidati 2. febres extinctae 21. ab incendio vicino invocata B. V. servavit domum suam 1. Ex variis morbis solatium et incolumitatem invenerunt 20. Quibus parabantur iam tumbae, mortem effugerunt 6. centena alia beneficia annotare prohibuit continuus in excipiendis exomologesibus labor. Gratias acceptas loquuntur suspensa 30. argentea anathemata.

templi dona.

Templum in donis accepit urceolos argenteos cum pelvi; cortinas 2. sicut et frontale ex rubro-aurea tela; duas armillas aureas; Christi crucifixi effigiem centenâ florenis ob artem aestimatam. Centum Imperiales a domino Kuffka cive Rattiboriensi in fundationem alendae lampadis.

a. 1685.

Anno 1685. Duo tantum sacerdotes nostri cum vicario devotionem Marianam, oeconomiamque accurarunt; subinde in auxilium misso, per tempus vernum ex Telczensi ascensi uno tertio. Supplicationes non tantum iam à curatis, sed et coetus integri, atque confraternitates, tubarum inter clangores Piekarium in supplicationem à variis religiosis adducti. — Supra 30. millia communicantium numerata sunt. ut parvuli ritè obire nossent fidei mysteria, sedula catechesi instructi, non inelegantem scenulam, Christo pro nobis passo, non absque lachrymis spectatorum, copiose ex vicinia advenarum pro theatro dederunt. Par perill: alterum par illustrissimorum matrimonio in facie beatissimae nostrae illigata.

fructus laborum.

gratiae coelestes.

Ex lethalibus morbis incolumes vitam sibi prodigiose redditam adscribunt 3, Ex periculoso morbo 1 partu 1. In praecipitium à furentibus equis raptata una, ad invocationem divae nostrae evasit cum asseclis. Tristibus insomniis et ammissâ noctu animi intemperie, religiosus superior, qui pridie inhibuerat suis religiosis, duci Piekarium supplicationem, exagitatus 1, reliquos aut oblivio, aut negligentia non annotuit.

B. V. obtulit illustrissimus comes Georg. Adamus à Gaschin clenodium aureum 40. circum radiantibus orientalibus ad amantibus perillustre. Ill'ma de Schlevitz in aures aureas, tribus pretiosis lapillis adornatas. Perill: D. Simonski cum sua sponsa annulum aureum, cum crucula aurata, 11. lapillis decora. Quidam Ilkussio argento fusum caput, stipendiarius Caesari miles aureum anulum, et perelegans auro textum pro calice velum; A. R. D. Nicolaus Jeziorkowitz, decanus Bythomiensis, argento, auroque divitem Turcicam vestem, 120 fl. aestimatam. Perill: D. Tobias Josephus ab Eidtner frontale sericeum. Ill'ma Lesskorantiana, nata Nostitziana argenteam, praecipitii sui, et mortis periculum repraesentantem grandiore tabellam. Praga tres aureas armillas submitisit; lampadem lamineam Rattiboria. Varii 70 fl. Rhenenses.

dona templi.

Residentiae pauperi equus dono accessit, in qua excitatus est fons. Quamvis Martis Brandeburgici et Suecici transitus, spem majoris accursus primo vere praeciderit, aestas nihilominus defectum veris supplevit, dum sufficientia spiritualia negotia tribus sacerdotibus, et quarto vicario, sub finem deinde anni ad parochiam promoti, fecit. Quinquagies octies salutatae processiones. Panis Eucharisticus esurientibus porrectus m/30.

Residentia.

a. 1686.

Ad fidem romanam conversi 5. ad beatam aeternitatem dispositi in vicinia nobiles 2. — opem invocata admirabilis nostrae virginis matris experti in mania 2. In febribus 9. capitis doloribus 2. coecitate 1. caduco 1; paralyti 4 mortis periculo 7. in partu gravi 2; in ulceribus 1; mortuus ad vitam revocatus 1; res perditas recepit 1. multi ad inspirationes divinas, montium ad instar alibi immobiles, ad unicum hic amabilis iconis intuitum, sicut cera diffluxerunt. Alii multi adversis casibus perturbati, frustra aliis in locis quaesitum animi tranquillitatem, hic invenerunt. alii continuos excruciatæ conscientiae aestus, liquidis solatiis delibuti, hic deposuerunt. alii alios se, diviniore ex alto virtute induti, quàm fuerint antè stupuerunt. Unus qui se in periculosas peccandi occasiones temerè conjecerat, à beatissima nostra terribili vultu comparente, per somnium admonitus, ne deinceps simile quid attentaret, alioqui salutis suae iacturam facturum, et inopinà morte in peccatis moriturum. Alia beneficia caelestia loquuntur tholo Mariano affixa 81, anathemata, et 8. pictae tabellae.

fructus.

beneficia coelestia.

Templo accesserunt cortinulae ad velandam S. imaginem, binae planetae, quarum una elegans cum similibus sibi dalmaticis; et una, alterave alba, cum aliquot strophis pro calicibus. Residentia benefactores expectat.

templi dona.

Anno 1687. ob defectum foundationis, charitativique subsidii duo tantum sacerdotes, superior nempe R. P. Joannes Nestor, cum uno alio, gloriam dei, et matris admirabilis honorem, non ad defatigationem tantum, verum et ad usque deliquia, noctu diuque succollarunt.

a. 1687.

In viciniam quoque pro sacris aris et rostris saepius effusi. Mandato illmi et rdisi loci Ordinarii velificaturi, ut imposturae et illusiones in Polonia nimium quantum invalescentes eliminarentur, ita felici arte ex impostricibus energumenis impurum, mendacem, magum lenonem doemonem, non corpora inhabitantem, sed in stolis assistantem, (quibus

fructus laborum.

furto è templo sublati nequitiam suam palliabant, et vulcano consecratae, aegerrime post secundam, et tertiam injectionem ignes conceperant, eiecimus, ut hâc arte longè latèque divulgatâ, ejusmodi nequam mendicabula, dum Piekario distarent sesquimillari, doemonium à se discessisse ad tempus comperegrinis persuaserint, eó quod bssa. nostra suo circa Piekarium pallio vastum efformaverit circulum, quem doemoni non esset fas transgrediendi. Patuit hic circulus iis, qui peiore peccati, quam doemonis jugo, pressi, in libertatem filiorum dei hicce redierunt, alii soluti scrupulis, alii superstitiones dedocti, quotidianum offendiculum, concubinae abstractae aliis. numerus peregrinorum, quantum ex sacris particulis iniri potuit supra m|20, ascendit, quos inter illmi celsissimaeque. princeps celsissima Landskronensis é Polonia, privilegiati summi altaris gratiam ad decennium nobis insciis, Româ redux, secum attulit Turca adultus, patriâ Damascenus, per interpretem Armenum, linguae Turcicae gnarum, principia fidei catholicae ritè edoctus, baptizatus 1, haeresin ejurarunt 4. coeca visum recepit 1. plicis enodata 1. pedum usum recepit 1. periculum mortis evasit 1. de generali confessione, Piekarii faciendâ à S. Josepho per somnium monitus 1. alter audiit vocem de se, postridie fati concessuro nisi conscientiam suam ad bssam nostram expiaret, fecit, et praeter subitaneum vitae discrimen, nihil gravius expertus est.

beneficia coelestia.

Sed et in occidentali India archiatrae Picariensis invocata manum, sensit P. Andreas Suppetius S. I., qui desperata de valetudine sua medicorum industriâ (praeter gravissimam, eamque continuam febrim, lethargo obrutus per dies 15. sine sensu iacuerat) quod etiamnum vivat, miraculum esse, ipso attestante ibidem medico) Panamá ex America meridionali, die 20. Febr. 1686 scripsit. Acceptorum alias, beneficiorum pendent quoque à D. Agnete Spacziana; a Anna Dasshitzkiana, et à quadam illa ex Moravia testes imagines; Templi parietes, ab immemorabili tempore contra injurias aeris male muniti, scandulis novis investiti; ambitus ad commodius Jove pluvio excipiendas exomologeses, in coemeterio dilatatus.

augmentum decoris templi.

Perversus haereticae pravitatis furor, qui sub ipsos fundos ecclesiae popinam rursus, seu extendere, seu construere voluerat, ad malesuadam cum angelicis Templi nostri choris dissonantiam, ter elusus; atque eó usque loci effigies utrinque passi salvatoris, in magnitudine viri, arte statuaria factae, et artificioso ad compassionem penicillo adumbratae in vindictis ecclesiae fundis erectae.

Curatum argenteum residentiae cum primis industriâ ex collecta attrita pecunia elegans, mille sexcentarum capax hostiarum ciborium; tum tricubitalis ferme argentea vestis praetiosissimae matri, eaque cusa, florilega, auro intermixto speciosa. Levatum capitale lampadis, rescissusque praeiudiciosus instituto nostro, factus prioribus annis, per quam onerosus contractus. — Adaedificatum pro concionatore in residentia cubicellum: pro familia cum cellariolo habitaculum; innovata malè sarta tecta; oeconomia ad meliorem frugem reducta, et pecoribus aucta.

Residentia.

a. 1688.

Evocato ad rectoratum Oppoliensem superiore R. P. Joanne Nestor, gubernacula successor R. P. Joannes Skupin tenuit, et non infertile

matris gratiarum solum, unà cum duobus aliis sacerdotibus excoluit. Laborum seges sudorisque materia fuere poenitentium peregrinorum 30, et amplius millia. Ab haeresi absoluti decem, qui cum acatholico animo ad divam nostram Piekar: accessissent, aliter domum suam recedere non valuerunt, quam facti catholici. Eos inter septuagenario Major Senecio, et Junior quidam, Marchione Italo parente, in Anglia facto apostata, tum Nirembergae Canonico haeretico progenitus ex ephelio nuper Brandeburgici electoris ad serenissimae è ducibus Brignensibus obsequia delapsus, mira dei dispositione cum serenissima duce ad divam nostram peregrinus. Alii non leviter tentati, ne in fide ullatenus titubarent; quid quod ut masculo animo adversariis doctè obsisterent, roborati. Singulare idem hoc anno 1688, quod ex remota Polonia cum plebanis suis, quod alias nunquam, supplicationes ad-
venerint.

Ab ipsa Tartariae crimaea comparuit hic peregrina illma Baro Sojjeriana, ante annos aliquot à Turcis in captivitatem Tartaricam misere vendita, primum hoc anno SS. eucharistià ad liquidissimum suum solatium reflecta; devotionem suam oblato B. V. aureo annulo, rubente carbunculo illustri, unico à Tartarica sua captivitate thesauro contestata.

Archiatram Bss: Piekar: sensère, qui 50, amplius argentea anathemata tholo ejus suspendere. illmae Rembowskiæ, natae de Skrawars, bimula infans, quod cum auricalcino, annulo, faucibus pertinaciter inhaerente praesentem mortem non glutiverit, habuit quod illma invocatae divae nostrae adscriberet. illma alia, acatholica hera, ad instantiam catholicae famulae, in valetudine gravi alteratas suas proles B. V. commendavit, et valetudinem iis impetravit.

beneficia coelestia.

Civis Megastrelensis, quia votum melioratâ filiae devotae explere neglexit, repentè extinctam morte vidit. A. R. D. Valentinus Dybalius Fridlandensis curatus, è desperato 9. mensium exurgens malo, calicem non inegantem 100 fl. Rhen. impendio, in memnosy non beneficii accepti misit. Celsissima princeps nata, Holsteiniana, nunc Wirbniana, binas nuptiales togas, auro argentoque praedivites 500. Rhenen: dono dedit. Perill: D. Kossemboriana planetam rubram. Comes Oppersdorffiana, nata de baronibus Kotulinski, annulum 7. adamantibus pretiosum. D. Andreas Skupin petiam viridis materiae pro investiendis templi parietinis. Rattiboriensis quaedam civis cingulum argenteum 28 unciarum pondo. collegium Olomucense vinum pro sacris per aestatem sufficiens subministravit. Varii 33 fl. Rhen. alii denique diversa minutiora contulerunt. Ut sacra icon majore in majestate reluceret, argenteae ante annum curatae vesticulae, substratum decore rubeum holosericum; accurata è serica syndone, velandae suo tempore imaginis, duae cortinulae; ad aram majorem, quae proportionem suâ carebat, additae ad latera ss. patriarcharum Ignatii et Xaverii statuæ. In residentiae sublevandam inopiam 12 tantum flor. cesserunt, et aliqua potissimum ciborum condimenta.

donaria.

Residentiae.

Dimicantibus gloriose pro regno Mariano, nempè Ungaria aliis, aliisque pro imperii immunitate decertantibus, trias sociorum Jesu pro Mariano gratiae throno vigil excubuit. — Annus 1689. Salve terque,

a. 1689.

fructus laborum.

quaterque ac saepius etiam per diem dēdere, totiesque valere peregrinis, tricies amplius millibus, ut non meminerim panegyres, in aliena statione, pro concione ad incrementum honoris dei et sanctorum ad auditorium solatia, societatisque commendationes dictas. vel unicus confessor centum excepit generales confessiones, quid non duo alii? Scandalosae inter m. Ecclesiasticos dissidiarum favillae, in ingentia incendia erupturae, dexterrimè praextinctae.

Furore percitus, variorum armorum, fulmina, ipsaque hosti suo parabat propinanda aconita; et haec ignita tempestas sereno nostro alloquio dissipata, et furenti animo malacia reducta. Abominabile veneris prostibulum eo detestabilius, quod in hoc loco sacro tentoria fixisset, invocato brachii saecularis auxilio, proscriptum est.

Ex haereticorum invasis castris 10. animarum spoliū reportatum. Hos inter L. B. Adamus Georg: Beess de Colna; qui è gravissimo oculorum dolore ponè tabescens, concepto Piekariensis peregrinationis voto, lumen fidei simul, atque oculorum levamen accepit.

Accessit etiam nobilis praeda, Machometa unus, quem catholicè à nobis instrui, ritūque romano tingi voluit Comes Carolus ab Henckel, quāmvīs ipse à fide Romana alienus.

beneficia coelestia.

Quod ab incendio, in fenestras et cubicula, correptis iam mensis, ingerente se vorace flamma, devotas suas domos conservārint 20. Oppavienses cives, unicè B. V. Piekar: corā in grātiis retulēre. — Paralysi correptus, valetudini integrae redditus 1. — quinquennio surdo, dum vix domo in peregrinationem Piekar: pedem efferret, auditus rediit 1. ex caduco convaluit 1. mente mota, et ob maniam catenae affixa, sanae menti reddita 1. ex malignis febribus 1. mortem vicinam intra triduum salvus, fugavit 1. illma D. Landtskronskiana, de Principum Poloniae familiā, è faucibus mortis conjugem suum aureā armillā, 10. rubinis corusca, archiatrae Piekariensi appensā, redemit. Grandioris portae lapsu, oppressam, facie et manibus collisam, iudicio quorundam etiam mortuam quadrimulam filiolum, admirabili Piekar: matri commendatam, sinè mora vitā, vigoreque redeunte, nullo collisionis apparente vestigio, recepit colonus 1.

Delapsū digito inadvertenter aureum anulum, sollicitè quaesitum, nec tamen inventum, voto à daemone vindicatum, de hoste infernali victrici B. V. in trophaeum obtulit, illma comes Oppersdorffiana. nata Kotulinskiana: necessitatem enim obiurgato in energumena doemoni fecerat, aut eum B. V. Piekariensi, iam devotum per energumenam deferendi, aut amissum indicandi. Maluit, virgini semper bssae hostis, anulum prodere eo in loco, ubi energumena nunquam visa fuit, quam portitorem Piekariensem agere. nec fallax alias fefellit: ibidem enim annulus sepeptus est, at absque 7, quos inclusos ante habuerat, adamatibus. Verum et ad hos restituendos compulsus, locum manifestavit, in quo eodem ordine, quo ante in annulo continebantur, reperti sunt.

dono templo facta.

Templum opulentius fecit A. R. D. Valentinus Dibalius, argenteis cum pelvi urceolis; illmus Comes ab Oppersdorff aurea crucula 14. gemmis orientalibus pretiosā; illma ejus conjunx clenodio 5. rubinis decoro.

Miles quadam sericea veste Turcicâ. Illma Landskronskiana armilla aurea, 10. rubinis coruscâ. alii varii 12 fl. sericeis 2. antipendiis, mappâ, panno rubro suppedaneo; — R. P. Joannes Walt, convictus Olom: regens vase vini pro sacris. residentiam vero idem 300 fl; alii 17 fl. et aliquibus condimentis. — Curatae ex donatis ante annum à celsissima Holsteiniana duabus togis, 4. pretiosae planetae; campanile à ruina defensum, substitutis in locum corrasorum, novis quernis fundamentis. — Machina illa aedificii antiquitus nova, pro commodiore nostrorum incolatu accomodari caepta, sed relicta infecta, solius aquilonis boreaeque habitaculum.

Annus 1690. Superiorem accepit R. P. Thomam Witkowitz, principem illum, à quo devotio Piekariensis si non initium, certè augmentum primum accepit, Tarnomonti olim zelosum missionarium. Minus hoc anno vires operariorum attrivit labor, praesertim cum tribus in auxilium sacerdotibus sub spe majoris concursus, asceterium Telczense, ad veris finem submisisset triarium, an tertiarium? sicut enim oriente sole minus lucent, aut plane disparent stellae, sic anno hoc, quo effulsit in et ex urbe lux magna gratiarum iubilaei per universum orbem, paululum lumen suum continuit devotio Piekariensis. — Commodavimus porro operam nostram superfluum vicinis plebanis pro aris et exedris et nihilominus prope 30. milliâ peregrinorum, aut à vitae suae exordio, aut certè, à tempore diuturniore peccata sua confitentium, sacramentaliter absolvimus, cibavimusque. — Eundem panem angelorum ad aras Piekarii immolârunt bis millies varii mystae, ipsi adeò cathedralis ecclesiae Cracoviensis, praelati, absque rubore icunculas bssae Piekar, pignus sibi charum, in memoriam pulcherrimae virginis expetentes.

a. 1690.

fructus.

Illma: quaedam, quaeiit, num renovata esset sacra Imago? nunquam enim, ajebat, tam amabilem sibi visam, atque hoc anno, cum quot annis probe illam consideravisset. — Ut dulcedine huius amabilis vultus delitiosius et diutius fruerentur, comites formam in se servilem et plebeiam assumebant.

Ad fidem à secta Lutherana reducti 7. quos inter legionis Levendicae locum tenens, in fide suscepta recens beneficio, à B. V. Piekar: aurigae praestito eo ipso tempore, dum ad aram ipsius missae sacrificium legi curavisset, de fure equi sui rescito, confirmatus, et post bimestre pie in domino Oppaviae mortuus. — doloribus capitis liberati 2. mania 9. coecitate 5. mutus linguae usum accepit 1. colli affectione solutus 1. podagra 1 pedibus solidati 3. ad extrema deductus convaluit 1. puerperae in partu feliciores 3. casibus periculosis exemptus 1. proles quotquot oblatae à parentibus Piekarium, omnes in columas servatae, cum aliis contagione infascinatae, unâ die plures sepulchris inferrentur. perditus equus inventus 1 animae purgatorii, quae sacra pro se Piekar celebrari petiêre, adiutae 3.

beueficia.

Ecclesia in donis accepit calicem 50 fl., ab Oppaviensi cive, alutario, D. Joanne Henrico Arlet. a Perill: D. Hoffrichteriana Nissensi, in supplementum alendae lampadis 100 fl., qui additi 150 fl. Kuffkianis, Anno 1684. donatis; in censum expositi. — duo aurei, et anathemata

dona ecclesiae.

varia argentea S. imagini appensa, — Pacificale argenteum sumptibus propriis curatum.

Specialissimum tamen inter omniâ thesaurum sedes apostolica ecclesiae Piekariensi submitit, dum per duplex breve Alexander pontifex huius nominis octavus, indulgentiam plenariam, alteram pro festo assumptae B. V., eamque ad decennium tantum valituram; alteram pro die quocunque per annum semel à peregrino quocunque consequendam, eamque ad septennium valituram concessit, quâ strabonibus, hircum adhuc Piekarios intuentibus, livor ex oculis, sublatus, et male-dicis linguis, nullas Piekarii indulgentias haberi, populumque iis decipi, vociferantibus Camus iniectus.

Residentiae. Residentiam porro pauperem pro hoc anno adiuvit, in aere R. P. Walt Provincialis 86 fl., alii 6 fl., pro futuris vero Char: Sebastianus Wagner S. I. 416 fl. qui additi 300 fl., anno superiore acceptis efficiunt summam 716 fl. Et haec est principium foundationis, ex charitate paterna et fraterna sociorum exortum.

a. 1691. Annus 1691. qui poenitentibus peregrinis 30 847. sacerdotibus 1674. ad aram virginem litantibus; conversis ad fidem orthodoxam 2. furenti 1. maniaco 1. plicis intricato 1. aut obcoecatis, aut caligine offusis oculis 6. collo, apostemate impedito 1. manibus pedibusque ad ossa excarnatis 3. febris malignâ ardentibus 2; epidemicâ lue prostratis 2; puerperae post senos abortus masculam vivam prolem parienti 1. minerarum fossori terrâ per trihorium obruto 1. solatiosus, salutaris fuit et gratosus, septimo huius residentiae superiori R. P. Thomae Witkowitz 16. Octobr. fuit fatalis. Ictus apoplexiâ post 12. horas victima Mariana cecidit, qui semper pro cultu admirabilis virginis à primordiis huius devotionis stetit, ante summam aram, penes proto-superiorem R. P. Wenc. Schwertler sepultus, ut cujus indefessi laboris primus erat socius, beatæ quoque quietis primus foret socius, et secundus à morte superior. Vir erat omnibus amabilis, ob iunctam patientiae humilitatem et charitatem, quam potissimum Pragensi domui Professae, triennio procurator eius per provinciam eleemosynarius demonstravit. ad iusta illi peragenda lugubris vicinia accurrit, et illustris ac A. R. D. Nicolaus Jeziorowitz decanus Bythomiensis, ut quisque plebanus, decanatu suo subiectus, uno missae sacrificio, praeter alia consueta, illi parentaret, per cursorias demandavit.

dona ecclesiae. Templo accesserunt 2 planetae; calices 2; crux argentea iustae magnitudinis; anathemata argentea complura, et aliquot pro calicibus vela. — ex thesauro ecclesiae ab Alexandro VIII. summo pontifice indulgentia plenaria, quam animae defunctorum per modum suffragii, quot hebdomadis die veneris, et per octavam commemorationis defunctorum singulis diebus, ad decennium consequantur.

Residentiae pauperi donati sunt in usum domesticum (praeter alia victualia) 30. fl; pro fundatione vero à P. Joanne Zahradka 150; M. Julio Zwicker 61.. M. Francisco Ullersdorf 300; Char: Sebastiano Wagner 340 fl. omnes ad censum positi.

a. 1692. Acquisitis domi suae sacris iubilai gratiis, 24 duntaxat peregrinorum millia super 175. Piekarium anno 1692 conspexit, quos aut diversi

casus voto obstrinxerunt, aut singularis affectus ad peregrinationem impulit. Eos inter civitates 12 homagium admirabili Piekar: virgini praestitère. Ad fidem romanam reducta herula 1. unum par illustriſſimorum matrimonio legitime illigatum; sexennis pusio, hactenus mutus, à facta eius B. V. à populo deprecante coram praesentatione ad stuporem omnium, magnalia dei in thaumaturga virgine dilaudantium perfecte locutus. Tabellae 25. tholo Mariano suspensae. Oblata à neosponsis, illmo L. B. Bernardo Wlezek, et illma comite Maria de Bertholdi in una tabula argentea duo corda; ab illma: L. B. Henrico Larisch, augustanum opus, lampas argentea. ab illm. ducatus Oppol: cancellario Adalberto de Tęczin crucula aurea, adamantibus pretiosa. A. L. B. Wolczinski 2. cortinae, argento intertextae, obvelande subinde sacrae imagini pernecessariae. M. Carolus Hillebrandt S. I. residentiae Marianae (quam vice-superior R. P. Thomas Ostrowski cum uno alio sacerdote incoluit, quoad post Pascha tertius Oppolio in subsidium laborum submitteretur) 300 fl. R. P. Provincialis 100; M. Franciscus Ullersdorff 100. fl. liberaliter succurrère.

fructus et beneficia
B. V.

dona ecclesiae et re-
sidentiae.

Anno 1693. in summa temporum calamitate; bellorum tempestate; annonae caritate; pecuniae mutabilitate; tres sacerdotes majorem dei gloriam deiparaeque honorem procurarunt, sola nixi in deum spe et verborum illorum Tobiae solatio: Multa bona habebimus, si deum timerimus.

a. 1693.

Perplexas ad desperationem conscientias enodarunt plures 100. Panem eucharisticum porrexerunt sacramentaliter absolutis peregrinis 32000. Ad ovile Christi reduxerunt Luthericolos 3 ipsum adeo unum Pseudodidasalum, qui annis facile 30 sub praetextu praefecti juniorem, in aulis acatholicorum magnatum quintum evangelium praedicabat.

fructus,
beneficia.

Mater admirabilis, invocata 3. è faucibus mortis eripuit; ex succis ossibus vigorem uni; coecae visum uni; pedibus capto uni gressum; praestigiatis duobus serenam mentem restituit. Varii reciproce in memnosynon adeptorum beneficiorum 35 tabellas. vestem sericeam; aliquot fila unionum. inares cum adamantibus et rubinis. illmus L. B. Wleczek 2. sponsalitos annulos. Illmus comes de Wrba grande inauratum cor; rdisim. D. Martinus Korriger, Rattibor: custos, binam ex argento cusam, alteram augustissimi Leopoldi I., alteram serenissimi Josephi, Romanorum et Ungariae regis effigiem B. V. consecrarunt.

dona.

In residentiam à variis 53 fl. stillaverunt benevolentibus. Parentatum est domi, Tarnomontique perill: D. Tobiae Josepho ab Eidtner S. R. J. equiti meritorum societatis nostrae, ob ea, quae in societatem et praecipue in residentiam Piekar; missionemque Tarnomontanam contulit participi. Cui benefactori aeterna requies!

Sterilis annus 1694. steriliorem dedit Piekario peregrinum et laborum tribus sacerdotibus domi copiam. 14310 tantum accubuère mensae eucharisticae convivae. ad meliorem matrimonialis sacramenti reverentiam et fidem reducta coniugum paria 4, ad romanam fidem conversi 3. Liberalem atque salutarem auxiliatricis B. V. manum experti complures. Plica soluti 9, à sontico morbo insons factus 1, à mania 2, glaucomata et epiphorae oculorum abstersae 6, arthridem pulsam sensit 1, res furto

a. 1694.

fructus et beneficia.

sublatas, aut deperditas recuperavêre 3, adulterae simulae parricidae poenitenti, opem divae Piekar: exposcenti, compedes prodigiose deciderunt, et via ad fugam, vitamque salvandam, refragante nemine patuit uni. — Calumniose ad tribunal delatus, carcereque mancipatus Mario-philus, in suavi somno bssae nostrae obiectâ pulcherrima specie recreatus, et famae, et vitae periculum, et carcerem feliciter evasit unus. — Equum à superata morte, auxilio B. V. in triumphum circum templum Piekar: circumduxit colonus unus; alius illmus sexigam. Ob violatum laboribus diem festum incendio dimidii pagi poenas dederunt coloni Piekarienses, absumpsisset totum vorax flamma, ni malum serpens invocata precibus virgo progredi flammam vetuisset. Ejusdem violati festi S. Annae, reus comes haerethicus vi exorti turbinis in terram una cum curru allisus tantum non collum fregit, metae vero foeni, quod colligi iusserat, in proximum flumen turbine devectae submersae sunt.

Beneficam manum in ecclesiam âperuit illma comes Schrottenbachiana nata Bertholdiana, quae aureum Melchisedec; alius sacerdos noster, qui planetam acu pictam, alii qui 12 argenteas tabellas donaverunt. Residentiae in donis obvenerunt 170 fl.

a. 1695.

fructus.

beneficia.

Cum sedulorum oeconomorum largissime messis spem annus 1695 delusisset, plurem opinione spiritualium frugum messem duobus, cum superiore P. Joanne Nestor operariis subministravit. absoluta poenitentium peregrinorum 28360. Redempta pretio undecies centena duo missae sacrificia celebrata vero 1746. Ex Lutherana haeresi erepti 7; ab apôstasia duplici 1. Propudiosum et abominabilem vitam abjecerunt mulieres 5 dedoctae superstitiones, maleficia, philtrea, malefica balnea; detectae spirituum carnes, et costas turpiter quaerentium illusiones; procurata odio fatali ardentibus conjugibus unio indissolubilis; persuasus per praestigia infatuatae uni personae frequentior eucharistici panis usus, à quo, ut nihil in orbe magis, abhorrebat alias. Sacro Baptismate tincti 7, Matrimonio illigata paria 5, quos inter illmorum comitum par unum. Puerpera una proli mortuae baptismum ab invocata matre admirabili redivivae impetravit; alii illmo, ab inflicto sibi lethali ictu, ex quo animam agebat, protractam tantisper vitam et dolorosam confessionem.

poenae.

Ex trina, praefocandi sui causâ facta in profundissimum flumen immersione, enatavit ter desperatus unus. — In periculoso partu levamen et opem expertae 4, febri maligna liberatae due familiae; coeci visum receperunt 7, pedibus et fractis cruribus roborati 3, plicis extricata 1, deciduum corpus reinduit 1, pulsus toto corpore tumor 1, apostema colli, quod viam sumendo cibo per aliquot hebdomadas praecluserat, solutum uni. Desperatam causam contra iniquum villae possessorem evicit 1, Incolumitati et morti subtracti centeni. Neglecti voti poenas dedit unus, unus alter, qui in diem subsequâm peregrinationem distulit morte praecupatus est. Blasphemanti peregrinationem Piekarium, fulmen sine mora deciduum, incineravit horreum. Ei, qui initio Mariana pietatis unguibus B. V. faciem deturpavit, manus exaruit.

beneficentia.

Templum ditius factum est 59 fl. ex quibus potissimum candelabra 6, nova stannea, 4. lapidum pondo, curata. Ecclesiae parietes novâ

calce incrustati, nova scamna erecta; baptisterium ex lapide excisum, ruinatae profanataeque lateralium altarium mensae extructae.

Residentiae quoque inopiam 138 fl. varii sublevaverunt.

Succedente anteriori superiori P. Georgio Bellmann mutatoque socio uno accubuerunt per anni decursum sacrae mensae convivae 22317. Redempta pretio sacra 792, Apostasiae à fide persona rea resipuit 1. Dissidia inter illustrissimas personas iam in mutuam necem ruentia felici interventu nostri composita. Obdurati in peccatis malefici ad generalem exomologesim dispositi. Non bonae famae homines è ditione nostra eieci. Variis hospitalitates exhibitae, etiam uni, qui Romipetae habitum illustrissimam personam texit.

a. 1696.

Varia beneficia experti complures. Auditus restitutus uni, capitis dolore levatus unus. A febribus malignis liberati 7, oculorum visum receperunt 2, gravibus partus doloribus solutae 3 personae. à pectoris malo una: pedum dolore levatae duae. Plica sponte decidit uni. Pustularum lepram amisit una. Sublatam furto pecuniam iterato recepit unus. Quatuor variis morbis oppressi discrimen vitae evasere. Novem violento morbo ad extrema deducti et ad felicem agonem rite comparati, pristinae sanitati sunt restituti. Sacerdos quidam noster anno 1695 in Thraciae captivitatem abductus, in pervigilio S. Andreae Thraciae Apostoli mirabiliter ex hac servitute est liberatus, quò nimirum die alter societatis sacerdos pro eius eliberatione Pekarii ad aram Marianam hostiam immaculatam instar lytri supremae majestati litabat. Quidam in vivis, caetera bonus, peregrinationes improbat post mortem ad flammam piaculares damnatus filiae comparuit, asserens à divina iustitia hoc medium suae liberationis statutum, ut peregrinationem Brigâ Pekarium institueret, inibique tria sacrâ legi curaret, et eleemosynam daret, quod praestitit.

beneficia. sanitatum.

captivi miro modo liberati.

dona templi.

Benevoli clientes gratitudinem suam in divam virginem contestati sunt argenteis anathematis 7. Accessit templo è damascena materia Baldachinum. Residentiae eleemosynae titulo 147 flor. In hortum novae plantulae impositae. Et hoc in beneficiis singulariter reponimus quod à praedonibus totâ viciniâ grassantibus non simus expilati.

a. 1697.

rex prae Czastochovia eligit Pekarii professionem fidei emittendam.

Mutatis in residentia duabus personis hoc prae aliis annis singulare habuit, quod serenissimus neo electus rex Poloniae Augustus II postquam intimata sibi fuisset sui electio, ut vicinior regno esset, contulerit se Tarnomontum. Ubi de more variis exceptis è Polonia legationibus priusquam regnum intraret, statuta est illi publica fidei professio Czastochoviae vel Piekarii emittenda, pactaque conventa iuramento firmanda. Libratis per unum diem rationibus in utramque partem elegit Pekarium.

rex Poloniae nostro confitetur publice, ab episcopo Samogitiae communicatur.

Quare 26. Julii traducto cum omnibus impedimentis exercitu Pekarium rex ipse ingenti procerum numero comitatus, postera die mane primum fuit in templo nostro à rdissimo et illmo episcopo Samogitiae Georgio Hieronymo Cryspin salutatione exceptus nomine rei publicae, in cuius manibus postmodum emisit professionem fidei, pactaque conventa iuramento firmavit, ac demum nostro ante aram divae virginis in omnium oculis confessus, ab eodem episcopo communicatus fuit.

ucus poenitentium
trifet supplicantium

Praeter hunc Mariophilum sacrae mensae convivam, recensimus alios hoc anno 28526. Missae sacrificia deo litata 1614. pretio redempta 674. Praeter hominum manipulos, aut minus spectabiles turmas niu meravimus 95. Supplicationes, quarum non nullae 500, 600 etiam 700 personas continebant. Harum ut excipiendis confessionibus sufficeremus varias deus in tempore confessoriorum suppetias misit.

beneficia sanitatis.

Multi ex poenitentibus malariam animi hic consecuti, quam alib-frustra quaesiverunt. Qui veram fidem abiuratâ haeresi apud nos suscepere, fuerunt novem, Sex hebdomadis coecus amissu oculorum lumen Piekarii recepit. Orbata in densis pustulis uno oculo persona quaeapiam, ne altero privaretur; Impetravit usum manus quem in continuis doloribus per 21 hebdomadam cruciata amiserat, recepit altera. Malignas febres ope virginis superarunt 7. Pedum gravi dolore expediti 4. Uni insuper crus fractum, feliciter coaluit. Una tumore per totum corpus diffuso liberata. Uni fatale in latere apostema ruptum. Quindecim in gravissimis morbis vitae periculo erepti. Una tacta apoplexia convaluit. Una domus à vicino incendio per invocationem bssae immunis evasit, ab epilepsiae malo liberatus unus. Puerpera una mortuo faetu et violentè è visceribus extracto vitam suam matri videntium in acceptis refert. mulier quaedam litis suâ opinione desperatae victoriam advocatae nostrae grata attribuit. Miles quidam singulari ope virginis é captivitate Turcica in libertatem assertus est. Nos ipsi istud in beneficiis numeramus, quod in propatulo positi à praedonibus in tota vicinia grassantibus templaque effringentibus, non simus spoliati. Quin imo praedones illi, qui sola intentione sub finem superioris anni locum hunc sacrum contemerarunt, quorum imminentem impetum aere campano propulsavimus, Pilczae comprehensi justas poenas dederunt 14. Januarij. His caelestibus favoribus accessit Roma, plenaria nimirum indulgentia pro singulis Christi fidelibus semel in anno obtinenda, ad decennium prorogata. Quae res cum regis acta solennitate, ita adversarios nostros exacerbavit, ut gesta ante 26. annos, priusquam Pekarium societas adivisset, resuscitantes, eaque ad S. rituum congregationem deferentes, annexis quibusdam falsis, rursus postularent sacrae imaginis sequestrationem. — Appensa tholo Mariano 11. argentea anathemata. Curatum collectaneis impensis argenteum frontale, quod ponderat 18 libras, 16 uncias. Erectum horreum novum, tenuitati domesticae varii subvenerunt 187 flor. Quibus omnibus amplum retribuere, nobis vero ulteriorem dei benedictionem animitus exoptamus.

a praedonibus
residentia ope Bssae.
Virginis deffensa.

Indulgentiae Roma
indultae
ad decennium.

dona templi et Resi-
dentiae benefactorum

a. 1698.

Annus octavus supra millesimum sexcentesium nonagesimum tres habuit operarios sacerdotes nostros cum manuali vicario ecclesiastico. Ad mensam eucharisticam fuere convivae 25700. Sacra potissimum ad aram virginis celebrata 1673, redempta pro vivis et defunctis 769. A Lutherana haeresi absoluti tres, ab apostasia unus. Ut festivitatem sanctissimi nominis apud nos adm. rdus Dns Michael Milecki illmi ac rdssi episcopi Przemisliensis secretarius, ita nos Bithomii diem S. Antonio de Padua sacram apud R. R. P. P. conventuales, in Bobrownik vero S. Laurentii N. et Sączovii ecclesiae dedicationem dictione solenniore reddidimus, quarum à nostris in odeo nostro dictarum 86

numeramus praeter catecheses, supplicationes salutationes et valedictiones hic fieri solitas. Advenarum supplicationes, vulgo processiones, notabiliores fuere 70. Strictim damus, qui à gratiarum matre emisso ad eam peregrinationibus voto diversa beneficia retulerunt et capitis dolore liberata persona una, à languore triennali una, ab oculorum cruciatu, praeter ecclesiasticam personam per 17 hebdomadas visu privatam, et perillustrem aliam, personae 4. a mania unus, pedum biennali et interitum minitante tumore unus, arthritide unus, febribus malignis 4, festianis (?) unus, caduco morbo 3 hydropo unus, ab ignotis morbis iisque gravibus quinque. Usus manuum, quem per defluxum malignum amiserat recepit unus, in periculis terrarum, marique ope divinae nostrae servatur illis dominus Larisch ducatus Teschinensis iudex annue visitatione virginis testatur beneficium. equo iam aquis merso cum undis luctabatur alius; cum ecce facto ad divinam Pekariensem voto, ubi mortem timuerat salutem reperit: pars siquidem glaciei in tabulae vicem subiens servavit naufragum. Ad liberatricem suam viribus obsitus accurrit voti reus quidam, qui è medio hostium exergastulo Belgradensi ferreis licet vinctus compedibus invocata diva nostra feliciter profugit nemine insequente, immunitatem suarum domorum à circumquaque grassante incendio opitulatrici virgini nostrae adscribunt bini quorum clientum potentiores in tholo Mariano 16 lamellas argenteas appenderunt, quae incredulis adversariis percepta beneficia loquerentur. Praeter haec obvenere templo, casula florifera auro dives ab illa Dna de Rauthen submissa, 6 fila gemmarum ex ultima voluntate Mariannae Gilgin civis Cilensis. Templi pars posterior ex dimidio anterior ex integro scandulis tecta est. oeconomia à reo patre provinciae moderatore adjuncta novum pro pecore erexit stabulum.

beneficia per divinam nostram variis collata

dona submissa.

Evocato ad spiritus directionem Olomucium superiori Rdo patri Bellman successit superior P. Jacobus Przesdziek pro anno 1699 per dimidium illius cum uno sociorum, accedente postmodum labore messe cum duobus et vicario ecclesiastico gloriam dei et magnae matris eius cultum promoturus. Communicantium numerus fuit 28419. Missae ad aram virginis potissimum dictae 1419. redemptae pro vivis et vitis functis 855. Personae tres, quarum binae de nobilitate, ad pedes virginis Lutheranam haeresim posuere. Praeter catecheses, supplicationum salutationes ac valedictiones, nec non unam dictionem festo Portiunculae apud R. P. Pr. conventuales Bithomii habitam, 78 in templo nostro pro sacris rostris diximus, quae rostra nobilitarunt svada sua et persona oratores perillustres et eximii: Festo nascentis perill ac adm. Rdus. Dns Zborowski curatus in Kamien, visitantis adm. Rdus Dns Stanislaus Gruszkowski plebanus Grodecensis, vir magnae ut eruditionis, ita et auctoritatis in consistorio Cracoviensi, qui deposito suorum respectu contra publicum saltum, si non privatum eorum sensum, iconem thau-maturgam asseruit. Licet aedicula sacra nullo non die fuerit sine devoto hospite, solenniores tamen supplicationes peregrinorum 59 numerum non excesserunt: quorum pietati consuetis virgo beneficia respondit gratiis. A periculo submersionis conservati terni, è quibus adm. rdus. Dns. Jeremias Zange in Branden parochus, qui noctu

annus 1699.

communicantes et sacra.

a matre admirabili varii varie adiuti.

cum jumento in lacum (multorum antehac sepulchrum) incidens aquis iam obrutus, ut votum peregrinationis emisit, cum jumento evasit. Auxilium ab eadem virgine in periculoso partu tulit una; in capitis amittendi periculo propter suspicionem facti homicidii unus; in incendio, flammis iam circumdantibus domum, unus; in jactura duorum boum unus; à triennialibus pustulis pestiferis per maleficium causatis unus, paralyti dimidia corporis parte exanimatus unus, alius ab arthritide, alius à 7 hebdomadarum convulsionibus spinae et à regio morborum (?) anni unius alius, à stranguria nobilis quidam Severiensis et praenobilis Dni Joannis Jagosch Teschinensis parvulus, qui anathema elegans argenteum parvuli sui in veste nostra coram diva Pekariensi adgeniculantis submisit. in febribus malignis curati septeni, inter quos adm. rdu. Dns. Paulus Pasurkowic parochus Suszecensis. Duodenis ex ipsis mortis faucibus ereptis per opem virginis nostrae invocatae adnumerari possunt: puellula ex alto ruens, quam recurrens ad divam nostram mater salvam recepit, exiguo solum in labiis relicto vulnere et perill. Dns Ferdinandus Borenski, qui huc vota exsoluturus cum nobili familiae suae comitatu pedes accurrit. Praeter minora xenia suppellectili Marianae accesserunt anathemata argentea 10, annuli tres, quorum alter aureus, alter lapillis Indicis pretiosus, aureum pariter cinelion cum aliquot unionibus, urcei argentei inaurati, floreni 100 pro inauratione arae majoris, et alii 6 floreni ex pio legato. Residentiae vero, praeter vini vas urnarum decem, obvenere à Rdo. Pre Do provinciali imperiales 100, ab alio nostro fl. 80 à diversis, aliquot imperiales eidem sunt collati.

dona.

a. 1700.

Annus 1700 saecularis, et a duplici iubilaeo annus sanctus revocatis Romani indulgentiis, copiosorem nonnihil retinuit peregrinum 15044 solum communicantibus nobis indulsit; quibus è societate duo sacerdotes cum vicario manuali suffecere; sacra dictio septuagesies sexies habitâ, catechesi per hyemem caeteris denique, pro more, salutis remediis satagere pronepti, non sine credentium, etiam ab ecclesia dissidentium commendatione, horum duo capita reducta.

communicantes.

conversi duo.

beneficia.

Minorem advenarum frequentiam auxerunt gratiae matre admirabili conciliante, centenis plures in adversis opem et in necessitate subsidium testati. In ardenti febrium aestu refrigerati ad sanitatem sex ab epidemia velut redivivi se plicaginta plures. Periculosis partus doloribus, etiam instariti mortis discrimine ereptae octo. Doloroso pedum ligamine soluti septem, affectione oculorum duo, anginâ plicâ vertigine liberi facti complures. Quinquennis puer, inter citatas molendini rotas circumvolutus, ac in altum profundumque miserum! jactatus, invocato divae nostrae patrocinio salvus et incolumis ac illaesus, suis inspectantibus, ac prope immortalis, restitutus.

dona.

a. 1701.

Grati beneficiorum Mariophili inter 1234 missae sacrificia quae per annum lecta sunt, 600 etiamnum pro vivis atque defunctis redemere, et octonis argenteis anathematis, duobus quoque aureis annulis, arae virginis appensis, gratitudinem testati sunt.

Ad annum salutis 1701 operae pretium, duorum e societate sacerdotum cum vicario manuali, conjunctae, fuere communicantium 28968

capita. Mille supra centum et octoginta quatuor sacrificia oblata, é quibus sexcenta et triginta, pro vivis atque defunctis persoluta. Pro valido peregrinantium concursu in 87 supplicationibus numerosiore, procuratae a sancta sede indulgentiae, pro vivis plenariae ad assumptae virginis solcenia (?) totamque octavam, pro defunctis quoque pariter et incommemoratione fidelium def. insuper, quavis feria idâ per annum, cum altaris privilegio, decennio duraturae. Praeter catechesim per hyemen dictum ad confertam concionem 79. Ad ecclesiam reducti 14 has inter 5 personae nobiles. Favore Mariano de Turcica captivitate solutis vinculis evasit unus. Supra horae spatium sine sensu exanimis revixere duo. ad extrema depositi consurrexere sex. â nativitate morbidus, ex integro consanatus unus. Duo votorum morosiores, recidivam passi, resumptis serio votis ab iterata aegritudine consanati. Capitis cruciatu tres, epidemica hic duo, obfusis oculorum nebulis quatuor, gutturis praefocatione quatuor, braxiorum mancitate duo, aridae manus unus, pedum vinculis tres apoplexia unus malo caduco unus, partus doloribus periculosis quatuor, variorum molestiis aegritudinum sex soluti feliciter, complurium aedes, vulcano jam jam proximo cessurae ereptae, testantium inter lachrymas assertis.

indulgentiae
Roma procuratae

conversi

Favorem Marianum gratitudo clientum consecuta, qui aureum annulum, rubinis interstinctam cruculam duodecim argenteas tabellas, inauratam unam, ligamine gemmeo pendulam, cor argenteum, coronam sponsalitiam opere Vienensi elegantem, ad aras beneficas, appenderunt. Ecclesia vero, una cum potissima residentiae fabrica novis scandulis contexta. Templi tabulatum antierius formatis super salve regina symbolis, gratiose repansum. Residentiae fons domesticus et pervetus cellariolum reparata, cujus pars bona asseribus circumsepta, eidem 85 Rhenens: dono piorum accessere.

donaria.

curata.

Annum 1702 duo sacerdotes una cum uno familiarium curatore feliciter auspicati, minus secundum in progressu experti sunt: mors et mars fatalem reddidere. Idibus aprilis superiorem mors, subsecuturo marti, simulque vitae eripuit, R. P. Jacobum Przewdziek vivum rei Marianae promovendae strenuum ac sollicitum, huic quoque conatui pié immortuum; epistolis virtutum seriem annuis dedimus. Successor é seminario olomuceno evocatus P. Joannes Skupin, ad mai decursum adfuit, sed illum e vestigio Mars Gothicus excepit, qui sub veris terminum confusâ bello viciniâ, vastataque Poloniae metropoli, paratam animorum segetem in herba reliquit.

a. 1702.

mors R. P. superioris

successor.

bellum in viciniâ.

Itaque majorum imperio sacra imago, latiore an hora, Oppolium ad securiora deportari passa, marialium laborum fructuumque materiem una secum abstulisse visa. Non defuit tamen mariophilus in 56 supplicationibus numerosior cui divina consueto more ministrata, 25700 numerum communicantium excessit; orthodoxis adscripti quatuor, dissidentes conciliati, capitali poena surreptus unus. Pudor innocuus inter aulaea minus tutus, in paupere tugurio sponte exul securius delituit. Illum Helenâ nobilior, venusta facie periclitantem fuligine subductum veneri eripuit. alia calidos inter parietes improbè perquisitum, candidiorem servavit inter nives fugitiva.

S. imago ablata.

25700 communic.

Virtutum comites gratiae enituere inter Mariophilos, quorum maniâ liberati 4. Doloribus capitis 8 totidem oculorum affectione gutturis

conversi beneficia.

et faucium angustiatione duo, plica duo oppressione pectoris 2, crurium dolore, pedumque exulceratione sex. manuum et brachiorum quinque maligna quartanaque febre quinque, pustulis et variolis obsiti, à nocumento duo. Luxatione et confectione membrorum tres. Periculosos partibus quinque. Infantes sine vitae indicio nati, et per plures horas exanimis censiti, et deplorati duo veluti redivivi. Puella trimula molares primum inter rotas jactata, iamque etiam in alveum rapacis odrae inter vortices devoluta, erepta quidem à parente, sed exanimis trichorio perstitit, facta per suos dei parae nostrae invocatione sibi parentibusque restituta est.

donaria

Gratiis reddita rex argentea anathemata quingenta sacrificia pro vivis et defunctis è 1311 hic per decursum anni lectis clientum aere exoluta.

Residentiae Marianae 100 imperialium eleemosyna pia nostri designatione, subventum.

ann. 1703

Continuante bello per viciniam, iisdem qui lapso anno steterant sociis, hyberna solitariis prope, acta, inter tristia vulgi, etiam nobilitatis vicinae murmura, ob continuatam S. imaginis absentiam inculcatae per dynastam loci minae, debita quoque messalia à parochianis negari caepta; sed pervicit omnia bona causa conscientia. Quas(?) per decursum anni 32, pisto numero supplicationes excepit ad 82 conciones dixit, 16150 sacro epulo refecit, 1435 missae sacrificia, è quibus plus 300 pretio redempta deo omn: obtulit, 6 personas Luthero eripuit; quas inter ex illius Resviorum(?) familia, adultam, ab annis 52 et sectae suae peritiâ virginem, complures doctos religiososque viros, dextre an sinistre deludentem, novae vitae, asseruit, vacillantes in fide vera roboravit. Dissidias inter conjuges et inveterata odia restinxit, noxia virtuti conventicula dissolvit, superstitionum usum inhibuit, pauperibus subsidium aegris solatium moribundis sacramentale praesidium egentibus vita functis gratuitum funus impertivit.

communic. 16150

beneficia

Mater admirabilis, turbatis mentibus malaciam quatuor, in malignis febribus refrigerium ad perfectam sanitatem tribus, oculorum claritudinem deperditam uni, adstrictis morbo pedibus libertatem duobus, immanis plicae extricamentum uni. In hydropisi datum escientiam uni. In morsu viperæ sanitatem uni. In periculoso processu, sine damno partium compositionem, uni. In partus periculosi angustiis salutem duabus. Denique in vitae discrimine ad agonem deductae sanitatem vitamque ipsam restituit, undecim. Decenni puero Joannis Bacia et Zophiae filiolo, ex alto precipiti, et terrae alliso bihorium sine vitae indicio exanimi, à parentibus pie invocata, spiritum continuo reddidit.

donaria

Pietas vero Mariophila illius D. Caroli Gabrielis Wengersky 300 florenos lampadi perpetuae ad sacram imaginem arsuræ fundavit. Majorem aram, auro coloribusque vivacibus, additis columnis et porticibus, novae formae restituit et duplicem planetam, è procata veste, auro divitem, dono serenissimae è ducibus Brigensibus superstitis curavit. Residentiae 45 floreni, fornax calcaria, (?), in duplex muratum cellarium accessere.

curata

a. 1704

Fuit fatalis residentiae; vicinae domus Pitaschianae incuriâ ex integro cum omnibus appertinentibus aedificiis incineratae (30 Julii), nec minus patientiae, quam laboris attulit, iisdem qui ante actis annis sociis perdurantibus at procella martis suedici continuata, numerum peregrinantium, et communicantium ad 12350 capita imminuit. Missae 1425

lectae, 301 pro vivis et defunctis redemptae dictiones sacrae, praeter catecheses ad aetatem usque habitas, 84 dictae ad frequentiores peregrinantium processus 24 salve, valeque inter pia suspiria habitum. Luthero ereptus unus. Placata alloquiis odia, homicidium praepeditum, suspecta conventicula dissipata, captivi visitati, mitigato arresto, duobus e vinculis libertas procurata. Domus a strigibus, sacro amuleto protectae.

communic. 12350.

conversus

Beneficia.

Favore matris admirabilis, quatuor ad sanam mentem restituti capitis doloribus soluti tres, manuum pedumque vinculis liberi quatuor immani plicâ duo extricati. In extremo vitae periculo, et agone convaluere omnino novem. E vicino Zabrze molitor vir annosus, ab equo ferociente, pede stapedi inhaerente, per plura jugera raptatus, uno suspirio: o ssa virgo Pecariensis! miserere! immotum e vestigio caballum reddidit, pede liber et inconcusso, corpore incolumis, Thuczanensis infantulus, sextâ, ab ortu vitae hebdomade, divulso digiti latitudine craniolô, inter sinciput occiputque dirissime cruciabatur ad horrorem adspectantium, et frustra medentium compassionem. Mox ubi dominae nostrae devoveri per matrem, caepit concreto cum sincipite craniolô, convaluit. Domus matronae nobilis, inter alia contigua flagrantia aedificia immunis, ubi et horreum incineratis aliis, medium invocata nostra dei para constitere immunia Czeladii.

Ecclesia quoque nostra Pekariensis, conflagrante residentia et non nisi ad 15 passus domo rustica, tecto sacristiae iam fumante et clatris fenestrarum, tangentes adurentibus, solius dei manuque virgineâ, suae dominae, stat illibata; omnium qui oculo propulsas in ecclesiam ardentis vicinia flammas, et ab ecclesia, ventulo quodam suavi discussas, iterato conspeximus iudicio; fors dei ope, vel idcirco servata, ne Marianus cultus, absente hinc sacra imagine. hic sensim deficeret.

conflagratio residentiae totius.

Certe redacta in favillam residentia, tectisque et aedificiis omnibus ac potissimâ supellectile spoliati deliberabamus, num inter cineres monendum esset sed inter flammas, ecclesia tam mirô modo conservata, nutantes retinuit, ausamque dedit restaurandae ferè è nihilo residentiae; quamvis alii de loco deserendo suaserint, effectum tamen nullum consecuti.

ecclesia ab incendio mira vi defensa.

Itaque 30 Julii incinerata funditus cum appertinentibus habitatio, 11. Augusti restaurari caepta, ad 11. Novembris, super cineres labore improbo, nova, constitit, hybernaque percommoda dedit, tum nostris tum familiae, cum sanitate, servitura; eidem unum horreum accessit noviter exstructum pro frugibus recipiendis pernecessarium, et stabula nova quadrifariam divisa, salvato pecori accommodata, fons repurgatus, adaptatus, braxatorium quoque erectum quae omnia 12 hebdomadarum spatio surrexere, Divina, non ambigua ope et divae nostrae patrocinio. Ad hoc piorum liberalitas 1000 lateres, et 120 tigna, quidam duos aureos, et Collegium 140 sexagenas scandularum ministravit.

incendium

fabrica aedificata e lapide

Annus 1705; Jisdem, qui lapsis annis, sociis incolentibus, residentiam auxilio humano destitutam, et adhuc inter cineres residuos luctantem, graviter afflixit. aegritudo, inter angustias rei familiaris contracta, coadiutorem fratrem nostrum pene prostraverat, auxilio tamen, brachii, thaumaturgi Indiarum apostoli, per decendialem devotionem â tota

annus 1705

adversi taber

capitale 400 cadit

R. P. Ferdinand.
Waldhauser
et R. P. Joannes
Müller Provinciales

offertorii pars
aufertur.

residentia adhoc invocato, utcunque restitutum. Nec minor cum egestate lucta fuit. nam et interesse annuum ex 400 fl capitali Wratislaviae, emansit, et offertorii peculium, ad sacram imaginem colligi solitum, cujus usum Pecario extremae paupertatis titulo Roma donaverat, et moderatores provinciae superioribus annis, saltem ex parte tertia tribuendum sancivere; ad quod velut unicum asyllum, incinerata residentia Mariana, aliunde deserta, recurrere jure poterat, ex integro subtractum est, pro majoribus |: ut fertur :| collegii Oppoliensis necessitatibus.

Accessit donatoris cujusdam, inter nostros inconstantia qui dicto societati Jesu, vale, centum Rhenenses, olim Pekario donatos repetiit; sed eos, nobis minime exsolvere valentibus, liberalior cujusdam è nostris, dextera exsolvit, moderatore nostrae provinciae, paternè disponente.

persecutio

Graviorem adhuc molestiam intulit, diuturnior S: imaginis è nostro territorio absentia. Haec multorum animos a nobis alienavit, reditum ejus desperantium. Inde Sacrae iconis surreptores, et impostores populi, post depraedatum Sacrum thesaurum, relictâ suis parochiâ confestim abituri; per contumeliam, audire debuimus; et quae non deteriora. Subsidium lignorum pro restaurando incinerato totaliter praediolo petentibus ad hujus tribunal rotundae negavere nonnulli assessorum, quod sacra imago alibi adhuc remaneret; sanior tamen pars 90 partes indulsit, ut reparatâ nostra subsistentia, facilius rediret.

Illma dynastiae domina, post deperditam instantiam, apud altiores, superiores, de reducenda quam primum S: icone, factam, in nobis ulcisci statuit, et inter caetera, subditis suis inhibuit, nè vel ullam agelli sui partem, nobis amplius in usum concederent, licet messalia sua debita, nobis aliter solve non possint, in grandem nostrae oeconomiae, utcunque caeptae enervationem. Nec sacris pepercit, licet frequentioribus literis admonita, et rogata; nam annuum censum á fabro pagi, ecclesiae nostrae tribui solitum, si non, abstulit, saltem |: uti rescripsit :| interim suspendit; fabrumque alias liberum vi subditum fecit, et novissime impositis aliis censibus non modicis, ita oneravit, ut censum ecclesiae consuetum dare nequeat.

conciones

Informati de his superiores nostri, non alium hactenus clypeum, tot adversis opponendum putaverunt, quam patientiae nostrae. Inter haec nihil omittere volumus nos quod instituti nostri ratio postulabat, pro dei gloria, et animarum salute. Consuetae per hyemem catecheses, per annum 85 dictiones ad populum nobilitate interstinctum; salve, valeque ad peregrinum, salutaria consilia, allocutiones, instructiones et adhortamenta ad virtutem et nostra vitia aliaque salutis remedia, continuata sunt.

Processiones 30.

In triginta bene numerosis supplicationibus 15200 sacro epulo refecti; odia complurium, etiam ad tollendam vitam exardescentia deposita, matrimonia redunita, conventicula mala praepedita.

Una persona ad gremium S: matris ecclesiae reducta. Augustissimo Leopoldo magno in vere; A: R: patri nostro Thyrsio in autumnio quâ fieri poterat gratitudine, in templo nostro parentatum.

Admirabilis vero mater compluribus beneficam se exhibuit. Mens é morbis erronea restituta quinis. Plica soluta duobus, Febris depulsa tribus caducum malum, uni. Sacer ignis uni morsus canis rabidi cum vitae periculo uni. In partu agonizantes adjutae duae. vitae periculo, a medicis depositi, restituti duodecim.

Puella novennis à lupo raptata, lethalibus vulneribus inflictis, et contorto, in terga collò prope exanimis, invocata per parentes ad stadium remotos, nec opem ferre volentes, Diva nostra, erepta et brevi ex integro consanata.

Nostra residentia quoque subsistentiam suam auxilio humano destituta uni post deum matri nostrae admirabili debet, cujus ope, novam pro familia domum, novum horreum veteribus capacius, cellare quoque igne devastatum, pro frugibus reponendis per necessarium et refectorium novum, ita instructum, ut singuli nunc seorsim degere, et per hyemem calidè habitare possint, grata adscribit.

praedialia aedificata



Catalogus Benefactorum.

Qui ad aedificia incineratae ex integro residentiae 30. Julii 1704 de novo restauranda, et prout nunc sunt (a 1706) restaurata, concurrerunt.

1^o Collegium Oppoliense, donavit antiquum curriculum 140 scandalum, aliqua vidualia, 2 Achtel cerevisiae, et aliquid de cremato pro vectoribus lignorum animandis apto.

2^o Per Jll: D. Carolus Kamiensky 32 Tigna pro tuto Residentiae.

3^o Incltyti Status Sujates 90 tigna pro horreis, et domo Familiae.

4. Per Jll: D. Carolus Hunter ex Bytkow 30 Tigna pro sepi-
mentis novis.

5. Jllustr. D: Hunter Senior ex Repti 20 aliquot tigna minora.

6. Jllma Conjux Hunteriana 300 lateres.

7. Jll: D. L. B.: Dolezek cum Sua Conj; 6 trabes grandiores
pro Tabulato sustinendo.

8. Per Jll: D. Skronski ex Stolarzovic: 12 Tigna minora pro tuto.

9. Senatus incl. : et Civitas Bithom : 15 Tigna minora, et
1000 lateres.

10. Per Jll: D: Stoltz ex Radzionkow 15 vecturas pro lignis, et
4 Currus calcis.

11. D: Capitaneus Piekar: 20 tigna minora pro tectis.

12. Per Jll: D. Adamus Grotowski 15. asseres et 15 Zrzazow.
D: Berula 15 asseres.

13. Per Jll: D: Stolarstri Carolus aliquot tignella.

14. D: Gorczyca 2 trabes, et alii aliquot ex Rosbark. Vecturas
dederunt 3 dierum Pekarienses Incolae, ex civitate Bithomiensis A. R.
D. Praepos: 3. D: Kuznicius, 3. D: Psezenski 2. D. Wacsmeistero 2.

15. Anonymus aliquis, donavit in subsidium ducatos duos. alia
minus notabilia praeterimus.

Ex sinistris casibus nonnihil eluctari visa est Mariana domus,
sociis iisdem, qui ab annis quinque convixerant perdurantibus constanti,
per adversa, divinum obsequium promovendi, tenore hactenus retento,
suspicious vulgi, de nostro discessu abstersa opinio.

ann. 1706.

Processiones 40. Supplicationes solennes 40 consueto salve valeque plerumque exceptae. Mensae eucharisticae convivae 16236 sedulo numerati: Sacrificia Deo om. litata 1200, é quibus facile 300 pro vivis atque defunctis persoluta.

Sacro lavacro tincti 15, Matrimonio adstitum paribus quatuor. Sepulturae mandati 10, egentioribus eorum, sine pretio parentatum. Thori maritalis redunitio paribus aliquot, sedulo procurata. Promota pietas, comparatis, et passim distributis Ssmi cordis Jesu, amore nostri inflammati, et deiparae virginis imaginum aliquot centuriis. Consuetudinum ecclesiae neglectores, per sacras adventus ferias choreis dediti, in exemplum multati.

Locum sacrum copiosa nobilitas Polona devenerata est, aderant quoque celsissimo loco nutae, auditae dicere: O quam speciosus locus iste! avemus vovemusque redire frequentius. Reverendissimi illustrissimique praelati cathedrales Cracoviâ, complures iterato per annum comparuere devoti eorum praecipuus iam suffraganeus edixit: constare sibi quidem de adversariis loci, se vero minime de hoc numero: quis enim, inquiebat, matrem gratiarum, cum suis non amaret. Magnificus universitatis Cracov. rector, idemque ad oo SS: ibidem decanus canonicus, iter Romam pro bono publico susceptum, hic auspicatus est suaque commendavit, per annum iterato. Illustrissimus Castellanus Braslaviensis, Josephus Męczynski, sacra D: Patris n: ascensi per octiduum, apud nos, vacavit, eandem per annos singulos apud nos continuare peroptans, atque iterato expetens.

beneficium

Illustrissimorum Baronum alius candide asseruit, se multa et grandia numerare beneficia ope matris adm. sibi domuique suae per annos singulos collata, eaque literis jurato consignare paratum. E quibus illud etiam notabile recenter accessum. Quod eius coniux excellentissima domo nata at subito ab eo, adeo aversa, ut sese in aliam regionem surriperet nec ullam spem redditus daret; tentatis in casum humanis remediis, ad altiora negotium, subsellia parabatur; sed invocata per susceptam peregrinationem, admirabili matre, ita pertinacis animus |: agente haud dubie interiore vi, vigoreque gratiae :) immutatus est, ut ipsa redunitio, toties a se rejectam, ultro promoveret et amicam dexteram petere gauderet, quam lapso vix mense, inexpectatus at felix partus prolis masculae primae, vegetaeque consecutus est, isque pene non notatis, in parturiente molestiis. Quinquaginta et ultra alii gratias diversas coram enumeravere. Capitis doloribus maligna contractis liberi 8. Oculorum caligine detera sex; manus pedesque affectione curatos tres. Laterum cruciatus graveque respirium solutum 3. Febribus diversis vale dictum 4. Phytoseos putredinem, pustulas, rosam. tumorem corporis abstersam 5. Graves affectiones, ipsis curantibus ignotas abscessisse quinque, denique in manifesto mortis discrimine depositi, vitam incolumitatemque reversam confessi duodecim.

beneficia.

E vicino Kozlowagora, afflicta mater, filiulam, in strato fatali depositam, curandi pro morituri sacrificio Piekarium avolans, reliquerat. ubi persoluto auditoque sacrificio domum reversa, prolem vividam et incolumem seque de via consulantem laeta reperit.

Alia Pasquitio, luctantem cum morte suam prolem, jamque nullo pene notato respirio, etiam frigescentem rigescentemque Piekarium vix devoverat. cum sine mora proclamat infans: mamma pappa, mamma, pappa: qui, ut ipsa conscientiose retulit, notabili iam tempore, nec quidquam edere, neque materna ubera sugere poterat.

Trimula puella é mola Carchensi vicina, culmum é foeno bene spithamalem, per ludum, ore intraxerat, qui faucium inter angustias receptus, nec glutiri, nec protrahi, neque conspici poterat, sed, miserum infantem contorquens suffocansque vim sanguinis é faucibus elidebat. biduum fere lucta tenuit, cum ad invocationem matris admirabilis, culmus pertinax suâ velut sponte eluctatus, et in apricum emergens, finem lactae discriminique dedit.

Grati beneficiis clientes Planetam cum antipendio, et pulvillis, argento divitem et serico, cujus materiam excellma D: Carola Comits: nata Schaffgotziana et ornamenta illma D: Conts: Juliana Henkeliana Peckarii Domina obtulére alii albam é syndone, et duas vesticulas auripictas pro ministrantibus, praeter minora donaria.

donaria.

Residentiae currule novum, et sepimentum pene ex integro accessêre, ampliâtio praedii spatio, conclusisque simul horreis. Paterna dextera moderatoris provinciae 100 fl. alterius nostri 31 fl. residentiae donavit. Debita universa, creditoribus exsoluta.

aedificia.

Annum ab incarnato deo 1707^m, a sacra imagine in tutiori asservata sextum, barbarae nationes, et ignoti pene populi Kalmukorum, ab Asiae finibus trans tanaim volgamque evocati, in profana omnia, quin et sacra sine discrimine grassati, limitibus nostris calamitosum, nobis quoque gravem utcunque reddidêre. Epidemica insuper lues Cracoviâ propagata, ruptis Silesiae limitibus, vicinum nobis oppidum Georgenbergam corripiens, adauxit calamitatem, nostris, qui per annos iam sex simul et constanter Piekarii duravêre. Afflicta duorum praecipue valetudo, et prostrata, comprimis vicarii ecclesiastici, ad omnia munia fere inutilis reddita.

a. 1707,

pestis in vicino oppi-
do Georgenbergae

Inter haec discrimina et adversa quadraginta supplicationes exceptae, quarum pio fervori redanimando, ab urbe thesaurus plenarum indulgentiarum per dies anni singulos, et in annos secuturos decem, duraturus, a Christi vicario, benigne clementerque concessus. Communicantium 15895 sacrorum vivis atque defunctis suffragantium, persolutorum ultra 300 numerata. Aegrotantibus, et animam agentibus, utroque pabulo, corporis, et animae subventum. segregatis ob luem pestiferam et penuriam patientibus pro posse, et occasione servitum. Duo Lazari, veluti redivivi Mathaeus et Catharina, a primordiis inclarescentis huius sacri loci, ad januam, et campanile, diu emeriti postremo sanie, vermibusque scatentibus, in sinum Abrahae sacramentis, et plenariis indulgentiis praeparati a morte vero, honesta sepultura, et lectis pro anima sacrificiis donati, piè decessere. Senecio, per loca sacra diu peregrinus, sed inani pondere sociae, quam ab honesto thoro alienam secum duxerat, in via salutis impeditus, ut expeditior iter aeternitatis ageret edoctus; pondus inutile deposuit, ubi rursus ad nos è locis sacris reversus est

processiones 40

comu unic. 15895.

gratias pro consilio, persolvit, Ad maritales thoros, diu desertos, plures reducti:

eneficia.

Mariana beneficia septuaginta, et ultra confessi sunt. Confusa fere ad maniam mens, restituta quatuor. Tertianae quartanaeque liberati quinque. Pectoris laterumque doloribus levati 2. Glaucomata oculorum curata septem. Pedum ligamina soluta et expedita quinque è captivitate rebellium mirabiliter evasere 2. Integrae duae dñus a grassante in parvulis contagione, salvae nemine infirmorum, desiderato. Non ignobile oppidum Zyurec, quod ab exactoribus barbaris, vicinos infestantibus evaserit, invocatoini B. V. Piek adscribit. Fatalem usque ad agoniam plicam, extricatam adscribunt 10. aegritudinibus variis ad extrema deducti et ab omnibus depositi, vitam reducem 20. Decem puerperae, suam proliumque in partu difficili salutem B: V: P: adnumerant e quarum sorte quaeque, per octo menses, inversam utero prolem gestaverat; desperantibus medicis et extinctum partum opinantibus pharmaca propulsiva, et inutilis ponderis ejectiva, ab iisdem per semestre continuum sumpserat quae tamen voto facto, revolutoque partus tempore vivam vegetamque sobolem expectantibus stupentibusque omnibus, consciis tanti discriminis, feliciter in lucem edidit, quam Piekarii vividam vegetamque obstetrici diviniore praesentavit.

onaria.

Gratiarum monumenta relicta a celsis: principissa Mieczynska in tobalea argenteis, in syndone, floribus divite, majori arae servitura, ab ill: D: castelano Braslavicensi in corde argenteo cum pyro aureo adamantibus orientalibus aliquot pretioso; quod absoluta S: P: Ignatii, domi nostrae octiduana ascensi, post se reliquit, perceptae gratiae memnosynon.

Rosarifex hic veterana, Càtharina, ad pie decedendum pro nostrorum dispositu quatuor imperiales ecclesiae, cum suis reculis pro conficiendis coronis precatoriis, et officinula sua, post mortem legavit, quibus anonymus noster duos aureos annulos a Tartaris spoliū et quatuor mummos aureos adjecit.

Residentiae pauperi 4 floreni accesserunt pia dextera donati:

Annus 1708.

1708.

Grassanti per hunc annum in vicinia lui pestiferae, quamvis aditus omnis interclusus videretur, excubantibus ad limitana diu nocturnis vigiliis, inevitabilis tamen et nobis invida mors. primum in ecclesiae nostrae fundum sensimque in domum Marianam penetrans, binos socios, non quidem lue pestifera infectos incurabili tamen malo correptos sustulit societatis nostrae coadjutorem alterum in Martio: alterum prope etiam domesticum, in flore aetatis in augusto, R. D. Laurentium Blaskowitz, sedulum per annos 18 ad Ecclesiam nostram Piekariensem manualet vicarium, virum ob praeclaras virtutes longiori aevo dignissimum. Alter erat Joannes Surma 1648 in Silesia natus, 1675 societati adlectus, et temporalis coadjutor formatus, annis 33 Coll. Oppoliensis constanter incola, postremis vitae annis in residentia Mariana laudabilissime collocatis, vitam ipsam posuit, tenera in deum et coelites pietate, humili erga superiores reverentia ac parendi

promptitudine, circumspectione et zelo erga proximum, coeterisque virtutibus, omnibus aestimatissimus a laboribus ad requiem vocatis binis sociis duo superstites sacerdotes in promovendo divino, ac Mariano cultu graviter desudarunt, reportato laborum fructu annis prioribus non impari. Eorum, qui mensam sacram accessere, adnotati sunt 15718, duae supra 20, ordinatae serie processiones. Primae nobilitatis Polonae, per vicinam Silesiam receptae, velut in exilio constitutae Capita, in ecclesia nostra perfugium requirebant e quibus celsissimus ac reverendissimus princeps nominatus Cracoviensis antistes in incognito licet, sacro a nostro dicto devotissime interesse voluent, nobis tamen longo familiari alloquio abunde se se aperuit. Inter consignata annuis litteris Mariana beneficia, unius meminerimus. Junior eques ab aemulo suo, per medium pectoris adacto ferro, transfixus, absque ullo effectu curabatur et idcirco iam pro deposito habebatur; eo autem ipso die, quo sese matri admirabili devovit et vulnus curari sensit et perfecte curatus votum hic solvit. Nos inter beneficia grati reponimus, quod varia contra nos adversariorum molimina veluti fulgetra sine effectu evanuerunt. Impositurae arguebamur, quod in locum s. imaginis in securo alibi asservatae, aliam similem substituerimus, atque idcirco ab illustrissimo et reverendissimo domino suffraganeo acriter commoniti sumus, sed ratione reddita, quod nulla hoc in facto involvatur impositura, eidem reverendissimo factum satis. Urgentibus vero adversariis, ut substituta illa effigie deposita, alterius sancti vel sanctae imagini cederet ostensum est, id absque deteriori nota fieri haud posse, si quidem locum illum in ara maiore primarium annis plus quam quadringentis imago dei parentis tenuerit, et in eo constanter culta fuerit.

Ad aulam quoque Caesaream perperam delati quod decorem domus dei sensum interire et omnia in ruinam vergere sineremus; sed et hoc vacuum, longeque a vero abscedens tonitru, nobis segura fide tutis, ceu inane fulgetrum evanuit, authoresque suos transgressae veritatis nota percussit. Ecclesiae donaria accessee 4 anathemata argentea, et pacificale inauratum; oeconomiae novum equile et tres equi iuvenes senibus ad labores ineptis, amandatis.

Annus 1709.

Bini, de more sacerdotes, adjuncto tertio ecclesiastico, in agro Mariano, ita hoc anno desudarunt, ut labores ipsi alceres et vegetos redderent; Quos potissimum excepit, in 27 numerosis supplicationibus accursus, non venientibus in censuris quae pauciora quadragenis capita numerarent. Inter clientes Marianam opem expertos prima commemoranda venit Francisca Josepha filiola quinquennis illustrissimi D. D. comitis Joannis Bernardi de Praschma ab eodem in numerosa, comitiva ad gratias suspiratrici dicendas huc missa. Referebant viae comites, per tres omnino hebdomadas ex dysenteria decubuisse, ut tertia nihil omnino cibi admitteret; unde de vita conclamatum fuit, quod frigus lethale in pectore confirmabat; nullis applicitis mediis depellibile. Nec satis oculis feraliter intortis, vix signum vitae dabat. Cum illustrissimus D. parens lectulo assidens, inter lachrymas, in haec verba prorupit Mater sanctissima Piekariensis, Tibi morientem offero, hoc

pignus in tuas sanctas manus depono. Tu adiuva! Quodsi supervix erit promitto tibi eam Pekarii pro vitae servatae Gratia actutum praesentandam. Dixit; et ab eo tempore eademque hora frigidum pectus incallescere, insequenti die morbus cessare, (?) comedere tertio die revalescere ex integro. Ita omnes, qui herulam comitabantur et, ut aiebant iam iam morienti aderant, fide optima confessi 26. Julii: In gratiarum memnosynon pro sacrificiis pretium offerentes. Secuta gratias donaria, quae in monili aureo, alba sacerdotali, et cereis consistunt. Luculentum vero testimonium de gratis beneficae dominae datum, in confessu nobilium, a perillustri persona. Cum enim fieret mentio, in dubium vocari gratias Piekarii obtentas, intercessione Matris admirabilis, Puniat Deus |: pro zelo suo aiebat |: adversarios! Ego in debili mea complexione, et morborum congerie vivum sum testimonium gratiarum, alias pridem morti spoliū destinata. Notatumque in eo quod in altercationibus veniat petendo Missae sacrificium sub litaniis apud nos decantatis, et in voto habeat petitum reconvalescentium. Conservando decori domūs dei intenti intrius, etiam forinsecus, restauratis tecto, et canali eidem providimus. Non minus oeconomiae fategimus ne detrimenti aliquid acciperet. Unde et tergiversantes dare, consueta ex agris messalia, fortius adacti; initiumque dandi fecit, qui dixerat: non daturus Pekarienses pendi solita ex agris messalia, cum imago non reducat Oppolio. In emolumentum quoque residentiae cedit exsoluta integre habitatio hortulani in fundo ecclesiae, sumptibus propriis a prioribus inquilinis aedificata; ex qua nunc Residentiae quot hebdomadis labor unius diei penditur.

Annus 1710 vacat.

Annus 1711 sterilitate sua gravis, iterata; superiorum loci mutatione gravior, altero insuper e vivis sublato pene gravissimus Marianae residentiae accidit, ob credita non pauca inceptibilia ab impotentibus debitoribus. Js fuit R. P. Bohuslaus Löhndorff, vir apostolicus et in promovendo cultu Mariano sedulus, sed qui pauculis, ab adventu suo Peccarium diebus, affectione incognita victus, 29. Junii, inter potissimos tunc labores succubuit, et insperate vivis ereptus est, cui e collegio vice-superior ad finem usque anni scholastici suffectus, ad proseguendos cum uno e nostris sacerdotes et vicario manuali ecclesiastico aestatis marianae labores. Illos clientes Mariani in 20 supplicationibus frequentes adauxere. Poenitentium et sacro epulo refectorum 14590 Conciones ultra 100 habitae, sacrificia pro vivis et defunctis: 998 oblata. Gratias et beneficia ope divae nostrae impetrata, licet copiosiores referre voluerint, retulerintque mariophili pauca atamen adnotata. Quos inter miles Caesareus, in duram rebellium captivitatem raptus, tartaricae insuper sagittae vulnere periculoso ictus quod ex utroque malo liber et incolumis evaserit, invocationi matris admirabilis, cui sese haec inter pericula devoverat, unice adscribit, ad cuius aram mira sorte advolans, aliquot Rhenenses secum e captivitate allatos, detulit beneficiorum memnosynon. Complures e nobilitate, pro recuperata suorum, quos in periculosis morbis etiam morti proximos, pie devoverant, grati beneficio stitere se praesentes, et vota persolventes. Acatolica quoque

a. 1710.

a. 1711.

perillustris persona, cum suo marito catholico gratias matri gratiarum praesens deposuit, pro recuperata filiae charissimae desperata sanitate.

Clientes Mariani, pro beneficiis acceptis grati donaria nonnulla de cerere lineaque supellectile donaverunt. Coemeterio templi emendato clausura portarum, et aliquot millia scandalorum pro reparandis templi turrisque campanariae tectis servitura accesserunt.

In residentia cubiculum commode pro una persona habitabile adaptatum, ferri centenarius et aliqua minora donaria accreverunt.

Post evocatum ad collegium vicesuperiorem statu ecclesiae residentiaeque Marianae per iustum peculium, hominibus vaftris ét solvere impotentibus, incaute creditum, non parum deteriorato; successit vetus hic superior P, Joannes Skupin cum uno e nostris sacerdote, et vicario manuali ecclesiastico honorem Marianum continuaturus. Nec deerant Mariani clientes copiosi ad homagium matris admirabilis beneficiis illecti; decies septies mille sacrae mensae participes, 1200 sacrificia, oblata 400 redempta pretio, ad frequens auditorium exhortationes ultra centum habitae e peregrinis perillustris persona equestris ordinis ab haeresi absoluta, complures recens conversi plenius instructi, a dominis acatholicis, ad defectionem sollicitati, ad constantiam firmati, perniciosae animae famulitia, licet pinguiora deserere persuasi, suspecta conventicula fugere, et superstitiosa amuleta deponere persuasi. Sacrarum imaginum decentior cultus, ac praecipue crucifixi domini veneratio crebrior promota; et accidit, ut miles inter comptandum insolenter furere suetus, in proximum sibi parietem, scolopetum solveret, quo concusso cariosa crucifixi imago eidem affixa, in terram delapsa, zelosum hospitem haec observantem; concurrentibus etiam vicinis, ita incendit, ut arreptum militem, velut sacrilegum, ad poenas traherent graviores; nisi officialium praesentia adducto ad nostrum reo, ejusque intentione simul, et casu fortuito penitius perspecto; sedati zelantium pro honore crucifixi animi, conquivissent profuit tamen haec insolentia, non tantum reo, sed ebrioso alias, et salutis suae incurato (incurioso) militi, nam factus deinde cautior, et quotidianis sacrificiis, etiam pluribus, interesse promptior visus, catholicae pietatis exemplar exhibuit. Mariophili vero complures Marianas gratias experti: Sunt qui barbaris viciniam suam vastantibus, cum iam proximi imminerent, refugium suum Piekarii quaesierunt relicta domi supellectile rebusque suis perfugi, in reditu tamen intacta ab hostibus omnia reppererunt. alii pervagante omnia pecorum lue, voto facto pecora sua indemnita conservarunt, quos inter illustrissima domina de Baronibus Frankenbergicis, licet acatholica subditorum exemplo; peculium pro sacrificiis, é manu sua deposuit, ut incolumitatem pecorum suae quoque valetudinis obtineret, et vero obtinuit hactenus utinam, et veram salvificam fidem consequeretur. illustrissima contissa Zabrzensis Praschmiana, argenteum anathema ipsa attulit desperatae per medicos valetudinis, sed voto obtentae, monumentum. Complures é plebe et nobilitate, in variis aegritudinibus incolumes comparuere.

ann: 1712.

Communic. 17000.

Domus quoque nostra Mariana, quod inter angustias, detrimenta varia et adversa multa, immota permaneat, matris admirabilis adscribit gratiae dominae suae, pro cuius honore contextum est de novo campanile, et praeter alia donaria non inelegans, pluviale, ex attalica³ variorum colorum materia comparatum est.

a. 1713.

Anno 1713 pacata non nihil Poloniae vicinia dedit ansam. Dynastae nostro, sacram iconem Oppolio repetendi; actum in aula caesarea decretum reductionis obtentum, sed non efficax. Exinde, exulceratō in nos animo comes, cum suis plerisque subditis, nostris parochianis, domum marianam, cum duobus e nostris, et ecclesiastico vicario manuali, ad duram usque egestatem divexare, debitaque annue messalia detinere continuavit. Cui sublevandae moderator Provinciae, providam antecessorum suorum voluntatem, per annos complures neglectam renovavit tertiam offertorii partem, quod Oppolii ad S: iconem colligitur, domui Marianae attribuendo. — Auxere solatium Mariophili, in 27 supplicationibus numerosi, quorum 16120 sacro epulo excepti, 1207 sacrificia oblata, ultra. 300 pretio redempta, complures varia per matrem admirabilem beneficia consecuti, quae fusius notant annuae. Nos quoque notabilem ejus gratiam agnoscimus, quod grassante per viciniam undique pecorum lue, per omnia immunes servati simus.

Ecclesia novo panno rubeo flavis fimbreis coronato altaria, cancellos et ambonam, dono benefactoris acatholici Wratislaviensis civis, decore contextit. Residentiae quoque solidus asturco, cum hinnulo bonae spei, et aliquot Rhenensium decadibus pia liberalitate anonymi accreverunt.

a. 1714.

Suspecti per hunc annum viciniae motus, et meditata nobilitatis Polonae insurrectio mox in publicum proditura, gravis insuper sterilitas invectaque patriae inopia, devotionis Marianae grave minabantur detrimentum; sed illud imminuit irradicata in animis Mariophilorum, erga locum hunc sacrum veneratio, qua vel media inter pericula, ad homagium dei matri annue praestandum comparuere alacres et ad mensam eucharisticam in 16425 capitibus famelici comparuere. Nec defuit pia mater suis clientibus. Nam alii peracutis capitis doloribus, alii caecitate diuturna, alii fatalibus apostemetis, monstrosis strumae tumoribus liberati, nonnulli frigidis, calidisque febribus, colli, laterum, pedumque affectionibus, phraenesi, maniae lui epidemicae, intolerabilibus plicarum torturis remedium, levamenque alii invitae periculis, et ipso modeum morte luctamine victoriam consecuti sunt.

Duae e nobilitate vetusta personae, consilio matris admirabilis et monitione, ad amplectendam orthodoxam fidem se vocatas siniere, confessae quarum una regiae cohortis locum tenens, vix aliquot hebdomadis, ab emissa fidei professione elapsis, insidiantibus aemulis circumseptus mortem, quam se praesentire nobis asseruerat, et ad quam sacramentis verae fidei sese comparaverat, incurrit, atque in agone, consultricem suam, et ad fidem salvificam admonitricem divam nostram, relictae a morte substantiae suae ex parte heredem dixit, pieque vixit.

Alii praeter 300 sacrificia pretio redempta duos aureos, anathema argenteum, cereos, et 20 circiter cerae libras obtulere.

Residentiae vero per sterilitatem, luemque pecorum ovili ex integro intereunte et ob absentiam S: iconis, annuis proventibus messalium decimarumque spoliatae; aliquot florenorum decuriae, pio anomorum subsidio, obvenere.

Annus 1715 cum sterilitate non modica, luem quoque capitalem, per corruptos advenas, quibus tum animae tum corporis antydotis inservivimus, in vicina nobis mapalia, denique in ipsam domum nostram invexit, tentatis e famulitio pene omnibus, pluribus prostratis iam, et in periculum deductis; sed ope divae nostrae, per singula decumbentium capita, pie invocata bimestri spacio colluctans malum evanuit. Permulti eadem lue correpti, eodem remedio, salutem reppererunt, quod huius anni annuae testantur, ad quas et de aliis multiplicibus gratiis, centenis pluribus, ibidem annotatis, remittimus.

annus 1715.

Domi nostrae penuriam adauxit, injuriosa messalium annuorum detentio, quae iam quatuor per annos praeerlapsos, tum a loci dynasta, tum parochianis nostris injuste detinentur, fere ex integro. Moniti sunt tum per literas, et memorialia tumore tenus et ex ecclesiae frequentius cathedra debitores; sed incassum, si quidem efficaciora per collatores, ad quos frequentibus literis recurrimus; non sunt adhibita remedia. Itaque frumentum tum inementem tum panem quotidianum, quod alias vendebatur, peculio, aliunde imminuto, comparandum fuit. Liberalior sors obtigit ecclesiae, quae 100 Rhenensium legatum adiit, a paupere rusticello, olim alibi opilione, hic vero per complures annos inquilino, a simplicitate vitae, et pietate mariana optime noto, nomine Woyciecho, quod peculium, in hospicio suo terrae mandatum, defunctus soli suo confessario, ecclesiae praefecto, concrediderat, ne inhiantibus harpiis pateret, quae vix elato funere, omnia perscrutatae sunt, sed cunctando delusae, ubi tamen in manus ecclesiae devenisse compererunt, in hospitum domus, licet innocentem saeviendo, mandato dynastae loci, flagris ultae sunt.

Caeterum Mariani clientes ad homagium divae nostrae consuetum in viginti sex supplicationibus conferti adfuerunt; coelesti alimonia terdecies mille supra quadringentos refecti; eos inter eques desultorius e regimine regio-saxonico haeresi dixit vale. dictiones sacrae ad eosdem habitae 105, deo o. m. litata 1190 sacrificia, 300^{ta} et amplius pretio redempta.

Continuatis adhunc annum bellis attritae vicinia nostrae, ineunte anno spes nonnulla pacis affulserat, quam adulto iam vere, mars Poloniae domesticus denuo obscuravit; et Mariophilis, ad consuetas matris admir: aras peregrinaturis resnoras iniecit. Quatuordecim tamen millia contemptis difficultatibus ad mensam eucharisticam comparuere. Supra 20 supplicationes, numerosiores notatae sunt; solemniores cum sacris ductoribus, sub labaris Marianis, inter concentus musicos ordine laudabili, cereis facibusque accensis ad sacrum epulum accedentes; flammantia ignibus Marianis corda probare visae.

annus 1716.

Fervorem catholicum spectatura adfuit curiosa mulier acatholica, quae salutaria familiarium monita, ad fidem orthodoxam et plurium sacerdotum doctiorumque argumenta diu eluserat, semper surda semper

muta aperuit obsurdescentis aures ad salutem pientissima dei mater, et linguam mutam fecit esse disertam: nam repente a se alia (?) dotem nostrum accessit; instructionem orthodoxam caepit haeresim ejuravit, contrita prioris vitae noxas confessa, absoluta domum rediit, catholice professsa.

Anonymus quispiam, a constanti in Deiparam pietate Constantinus, sancte nobis asseruit: ab annis omnino 40, constanter per annos singulos, e sua patria 12 leveis a nobis dissita susceptam peregrinationem Piekarium, non intermisisse, nec intermissurum per vitam viresque superstitem.

Illustrissimus Baro e Frankenbergicis, supplex accedens, unice petiit: ut initi matrimonii sacramentum, ad aras matris admirabilis suscipere sibi liceret, causa addita: ut ubi quam plurimas gratias percepisset, etiam bonam consortem ibidem obtinere posset. Secuti sunt illustrissimum plura perillustrium nobiliumque paria ut bonas uxores nanciscerentur alii vero ut meliores conscientias quietioresque haberent, quas multum peregrinati, nunquam meliorati, hic demum quietas, tranquillatasque reperisse fatebantur. Complures varia sanitatum genera, et manifesta sibi beneficia ipsam adeo vitam, in mortis confinio periclitantem, et veluti redivivam, conducto, pro numerosis sacrificiis pretio testati sunt se debere patrocinio, invocatae dei matris Piekarii cultae.

Sacra divae Joannae grana, eorumque virtutem, hic quoque? approbare visum est: namque exortum fulminis ictu grande incendium mapalibus stramine arido contextis iam proximum, injectis sacris granis, et circumportato venerabili sacramento ultra correptum, incineratumque aedificium, velut interdicto progredi non valuit. Eadem sacra multis expetita, contra praestigias, et maleficia distributa sunt, et noxiis amuletis substituta.

Hecuba aruspis suspecta, delataque efficaciter correcta, interdictis penitus imposturis.

Persona e nobilitate, sed lenonis adventitii ignobilis concubina, trans limites nostros, cum amasio proscripita: complura, quae parochianis nostris ostendiculo esse poterant, sublata sunt. Inopes, et aegri, partim domesticis medicinis, partim stipe, e paupere penu erogata, adiuti.

Egentibus parochianis nostris; praeter doctrinam teneriori aetati congruam, et adultorum ad virtutem adhortamenta frequentia, pietatis illicia: B: Joannem Franciscum regis; indicta cum plenariis indulgentiis solennitate ad 5. Nonas octobres ritu per dioecesim praescripto proposuimus, velut egentium advocatum, et thaumaturgum multiplicati saepius frumenti eleemosynarium, quorum saluti, ne quid deforet allaboravimus quamquam stipendio pene nullo detentis per hos annos prope ex integro proventibus, jure Parochiae debitis, non data a nobis ulla causa. unde per annos omnino tres modi lapsos, nec tantum ab omnibus parochianis obtinere potuimus, quantum vel uni sacerdoti debite sustentando pro uno anno sufficere posset, agellus quoque

rusticus abolim parochiae attributus, nec semen aptum, pro seminatione tulit, unde, tum pro pane quotidiano, tum pro semine frumentum ex peculio aliunde imminuto comparari debuit quod alias vendebatur Quorum omnium defectum utcunque supplere, manifeste notata est. Ter adoranda in omnibus divina providentia A: M: S. G.

